THEORE MATA

MARCI ANTONII ZIMARAE Sancti Petrinatis Philosophi solertissimi Theoremata seu memorabiliũ Propositionum Limitationes Ad Illmũ Ferdinandũ Sanseuerinium Salernitanorũ Principem.

Cum Gratia & Priuilegio.

Petri Grauinę Carmen

Ecce tibi doctę Lector panduntur athenę
Et quicquid sapiens euigilauit Arabs.
Has tibi diuitias dat munificentia Marci
Acre uiri studium magnanimusq; labor.
Vtere pręsidio tam docti muneris / altas
Naturę poteris hoc duce obire uias.

MARCVS ANTONIVS ZIMARA SANCTIPETRINAS SERENISSIMO FERDINANDO SANSEVERINIO SALERNI PRINCIPI

•S. .P. .D.

EXTAT Platonis sententia memoratu digna Serenissime Princeps tunc maxime aduersus homines odium insurgere cum nimium creduli sine arte alicui confidimus: putamusq; omnino eundem uerum & syncerum fidumq; uirum esse: deinde uero mox prauum infidumq; deprehendimus: Rursusq; in alium atq; alium eodem errore incidimus itaq; cum sepius quis offensus ita decipitur presertim ab his quos precipue familiarissimos sibiq; amicissimos existimabat odit tandem omnes acerrime: Putatq; nihil penitus apud quempiam rectum syncerumq; inueniri· Ita nimirum in scientiis· Illustrissime· Princeps sępe usu uenit ut nonnullis propositionibus nimis sine arte credamus unde nos postea errare & decipi contingit· Animaduerti hoc ipm superioribus annis circa q̃ plurima dum philosophiam· Theoricamq; medicinę publice in tua Salerno profiterer. Quapp tuę morem gerens uoluntati & q̃ plurimis scholasticis bonarum artium studiosis rem gratam facere existimans nonnullas propositiones ad notare constitui in quibus uiri quidam magnę certe Authoritatis salua tamen semper eorum reuerentia hallucinari mihi uisi sunt quorum opiniones non obtrectandi animo sed ob amorem ueritatis ut philosophum decet in medium adducere & confutare consilium fuit: ac ppea nulli suspicor me iniuriã illaturum nullum namq; maius malum ut inquit Plato/hominibus accidere potest q̃ si ratiões odio prosequantur Suscipe igitur exiguũ hoc munus hilari uultu. Princeps serenissime amoris erga te mei potissimũ argumentũ noui enim quantũ ingenio polleas & quanto semp me fauore extuleris atq; protexeris. Nullius enim iudicium opus hoc nostrum formidare debet ubi fęlicissimo tuo nomini nuncupatum in publicum prodibit • Vale.

Antonii Epicuri Marsi Epigramma

Omnia naturę sic quondam sensa latebant:
Vt uix e/latebris delius eliceret.
Antiquũ ĩ que/chaos rursus lapsura timebat:
Ni Zimara ĩ tenebris forte tulisset opem•
Cui nunc ęterno prefertur lumine lampas:
Lampas Apollineo sydere clara magis.
Qua referat: sophię nodos: qua nubila pellit
Nubila quę nullus dispulit ante sophus.
Ignotas que uias. rerumq; arcana retexens:
Inmensum mundi rite recludit opus.
Ergo quicquid habet ueri natura Zimarra
Iure tibi debet: debet uterq; Polus.

Eiusdem

Tot sua nõ inter miracula Iuppiter unquam:
Restituit uiuis mortua membra Deus•
Hic humer Pelopi mutilũ reparauit eburnũ
Abscissę nequiens reddere partis opem.
Pars sophię lacera: abiecta: & miserãda iacebat
Mille gerens facie uulnera. mille manu.
En Zimarę auxilio recte solidatur ad unguẽ:
Atq; reuiuiscit mortua quę fuerat.
Vel Ioue maiorem se Zimara prestitit: at si
Maiorem nolim dicere: dico parem.

Tabula

Est sine tuo labore q in hoc opere studiose Lector propones haben. cognoscere valeas titulos eaz sz alphabeticu ordine apposui necno i qua facultate hmoi ppoes q que libro scribant adnotare pplacuit.

Tabula

FINIS.

PHILOCALI TROIANI AD LECTORES.

Quotquot Aristoteles sacri mōumēta laboris
Scripserat: in tenebris delituere diu.
Vidit: & indoluit Zimara hic: sophięq; parentē
Illustrans: rudibus consulit ingeniis.
Intentata aliis: & tot dubitata per annos.
Hoc duce: sunt medio splendidiora die.
Quis Marcū similē nō dicat Apollinis? atras
Ille oculis tenebras excutit: hic animis.

Fratris Archangeli Rab istellę Neapolitani Epigramma

Si rerum causas: atq; altos discere sensus:
Et uaria institui si ratione cupis:
Hęc lege: de mediis naturę fontibus hausta:
Hęc ab Aristotelis mente renata putes:
Doctorisq; mei Lector fama inclyta Marci
Non cadet: ingenii nec morietur honos.
Hūc sequere: hūc imitare Ducē studiosa iuuēt
Ardua molle tibi per loca pandit iter.

Ad excellentissimum Phylosophum Marcū Antonium Zimaram Magistrum Andreas Thomasinus Casinas.

Monstra domat magnus uario luctamine Phębus
Ceruices tauri: tū horrēdi membra Leonis:
Vel quę conuoluunt radiis fulgentibus orbes:
Aera: tum terras pulsa caligine purgat:
Tot sic alcides pressit fera monstra sagittis
Enseq; fatifero pacatum reddidit orbem
Erigitur latiale decus Zimara fugatis:
Quę male fędabāt sacro de limine mōstris
Sinceram sophiam: doctas instaurat athenas
Attollitq; caput cęlo lętiq; latini
Assurgunt: graiq; nouos mirantur aceruos:
Nam quos congessit diuina mente labores
Edidit humanis summus speculator: ad astra
Vexit Aristotelem lingua: clarumq; redegit
Doct⁹ arabs calamo pariter cōgressusutrūq;
Hic polit: & clara confundens luce tenebras
Dispulit horrendas: humero connixus utroq;
Surgit in astra: suumlaudabūt secula nomē.

Marci Antonij Zimare Sancti Petrinatis Philosophi solertissimi Limitationes Propositionum Famosarum siue Theoremata.

Actus est ratio intelligendi ⁊ cognoscendi.

primū

Elicitur ista propositio ex nono prime philosophie textu cōmen. xx. vbi incipit textus Intelliguntur aūt diagrammata actu: vbi aduerte ꝙ quū actus ⁊ potentia vt dicit cōmentator primo de anima cōmento .vi. sint differentie entis valde opposite ⁊ circuunt oē genus ⁊ quia oppositorum opposite sunt proprietates sicut actus est ratio cognoscendi sic potētia est ratio occultationis ex quo infero ꝙ intelligibilitas non est passio per se primo cōpetēs enti sub ratione qua ens sicut Scotus quādoqꝫ opinatus est: sed est passio per se primo competens enti in actu quatenus est in actu. nam stat aliquid secundum se participare rationem entis quod tamen secundum se non participat rationem intelligibilitatis quod ostēditur de prima materia que secundum se cōsiderata est ens vt clarissime deduci pōt ex his que habet philosophus .p. physicorum textu cōme. lxxix. vbi ponit differentiam inter essentiam materie secundum se ⁊ ipsam priuationem quam differentiā ignorauit Plato ⁊ ex hoc nō distinxit inter materiam ⁊ priuationem nam materia est ens ⁊ ē prope substantiam aliqualiter sed priuatio est non ens per se vnde cōmen. ibi in cōme. inquit ꝙ priuatio non est accidens nedum vt sit substātia patet ergo ꝙ ibi comparatur nuda essentia materie ad priuationem. Et confirmatur: quia Cōmentator in primo capitulo de substantia orbis ponit differentiam inter materiam ⁊ potentiam materie penes hoc ꝙ materia est de numero entium per se sed potentia est de numero entium ad alterum vbi nuda essentia materie cōparatur ad ipsam potētiam nec obstat si dicatur ꝙ materia non est ens per se/ sed per formam quia licet materia nō sit nec esse possit naturaliter in effectu seu in actu sine forma qr vt scribit Cōmen. in .ij. physicorum cōmen. xij. sequeretur ꝙ illud ꝙ non est in actu esset in actu tamen entitas forme nō est causa entitatis materie sed ē diuersa ab illa materia igitur per propriam rationem includit rationem entis tamē per propriam rationem non est primo cognoscibilis sicut colligitur de mente philosophi .vij. methaphysice textu cōmen. xxxv. vbi habet ꝙ materia secundum se est ignota ⁊ primo physicorum textu cōmen. lxix. subiecta inquit natura scibilis est per analogiam vbi Cōmen. reddit causam dicens ista natura subiecta substātie nō potest intelligi per se quū nō sit aliquid in actu habens quiditatem ex quibus verbis elicitur primo ꝙ non quilibet actus est ratio intelligendi actus enim subsistētie siue ypostaticus qui ē ipsius singularis non est prima ratio intelligibilitatis sicut opinati sunt nominales qui posuerunt singulare esse primo cognitum ab intellectu quod tamen in via peripateticorum locū nō habet nam vt recitat Cōme. in .iij. de anima in cōmen. xxxvi. ex sententia Auempacis fuit magna difficultas vtrum intellectus intelligat singulare ⁊ Ari. in .iij. de anima textu cōmen. ix. ⁊ expositores multum laborant in declarando modum quo intellectus intelligit singulare. ¶ Similiter etiam actus entitatiuus quē posuit Henricus de gandauo ⁊ Scotus post ipsum non est prima ratio intelligēdi si dabilis est talis actus nam materia secundum ipsos per se est in actu entitatiuo ⁊ tamē non est secundum se intelligibilis: similiter etiam intelligibilitas non insequitur actum medium inter puram potentiā ⁊ actū purum: nam orbis secundū auerroim in libro de substantia orbis est quedā natura media inter puram potentiam ⁊ actū purum ⁊ dicitur materia in actu ⁊ subiectum ⁊ tamen non est per se intelligibilis nec habet de se rationem intellectam in actu vt dicit Cōmen. primo celi cōmē. xcv. orbis enim seclusa intelligentia non est natura composita ex materia ⁊ forma nec de se ē principium alicuius operationis qua mediante cognosci possit. ¶ Actus igitur qui est forma ⁊ quidditas ⁊ est per se principium operationis est ratio per se prima intelligibilitatis forma .n. vt inquit Cōmen. primo celi est subiectum vniuersalitatis ⁊ vniuersale secundū Ari. .ij. de anima textu cōmen. lx. est obiectum intellectus ⁊ singulare ipsius sensus/ hoc etiam habet Auer. expresse in disputatione .vi. in libro destructionum in solutione sexti dubij ⁊ ideo forma a philosopho nuncupatur ratio ⁊ quod quid erat esse rei: secundum igitur regulam Ari. in primo posteriorum analeticorum in capi. de vniuersali illa passio primo competit alicui que ita se habet ꝙ cuicunqꝫ competit ratione eius competit ⁊ ipso primo posito ponitur ⁊ ipso primo remoto primo remouetur/ sed actus qui est quiditas posita ratione eius immediate ponitur intelligibilitas ⁊ remota ratione eius qualibet alia ratione remanente remouetur sicut patuit in exemplo de prima materia que quum non sit actus qui est quiditas licet ens sit est tamen occulta ad formam aut ad habens formam sicut scribit

Cōtra scotus

Cōtra nominales

intellectui & non potest cognosci nisi per analogiã ad formã aut ad habens formã sicut scribit comentator in libro de Substantia orbis & in duodecimo methaphisice in commento decimo quarto quod quomodo sit intelligendum infra declarabo cum de materia loquar.

ppositio .ij. ¶ Actus est qui separat & distinguit.

Propositio est philosophi in septimo prime philosophie textu. Comẽ. xlix verum est principaliter nã etiam quandoque aliqua distinguuntur non solum per formas verum etiam & per materias & licet materia nõ sit prima ratio distinguendi potest tamen esse vt stat sub forma esse distinctiua dant enim materie proprie sicut & forme proprie vnde materia prima inse considerata non est distinctionis principium in fundamento enim nature nihil est distinctum vt patet primo metaphisice secundum translationem arabicam in textu. Comẽ. xvij. materia autem secunda põt esse distinctiua & hoc trahit a forma si bene consideras & p hoc vide. vij. metaphisice textu. Com. xi. & xij. metaphisice textu. Comẽ. xxvij. ¶ Amplius autem propositio vera est in Suppositis talia .n. principaliter non distinguuntur nisi per formas Principia aũt distinctiua non ops q p alios actus aut formas distinguantur tunc enim ẽet processus in infinitum in ipsis differentiis vnde regula est q omnis distinctio rerum differentiis reducitur ad aliqua primo diuersa vnde ponẽtes materiam celi & istorum inferiorum esse diuersarum rationum habent dicere q tales materie seipsis intrinsece distinguũtur licet diuersitas suarum formarum sit causa diuersitatis earum in genere cause finalis sic enim sunt materie diuerse quia sunt ordinate ad diuersas formas materia enim est pp formam non aũt forma pp materiam vt scribit. Aristoteles secundo phisicorum textu. Comẽ. xci.

ppositio .iij. ¶ Accidentia sunt entia eo quia taliter entis.

Propositio philosophi ẽ in. vij. metaphisice textu. Comen. ij. satis famosa & allegata: non intelligitur q accidentia sint formaliter entia ratione habitudinis ad substantiam ita q inherentia sit de quiditate accidentis vt quidam asseruerunt & Johannes de Janduno & sequaces eius sustinent hoc de intẽtione. Aristotelis & auerrois quod quidem stare non potest sube tum enim & habitudo ad subiectum non est forma neque quiditas accidẽtis attributio enim accidentium ad Substantiam est in genere cause materialis nõ formalis glosa ẽ expressa auerrois quarto metaphisice in. Comẽ. ij. vbi istã propositionem. vij. expresse declarat nam. Aristoteles ibi in textu dixerat q cus dicitur de cuntibus sicut sanum de sanis vbi comentator ad literam hec verba subnectit similiter hoc nomen ens licet dicatur multis modis tamen in omnibus dicitur ens quia attribuitur primo enti scilicet substantie & iste attributio est in vnoquoque eorum sunt diuerse predicta enim attribuuntur Substantie non quia est agens aut finis eorum sed quia constituuntur per illam & subiectum est eorum & vniuersaliter nõ dicuntur entia nisi quia sunt dispositiones entis & multi homines negãt ea esse albedo enim non est sed album hoc. Comentator formaliter vbi patet q ipse interpretatur propositam propositionem septimi in textu secundo & rememorat dubitationem antiquorum introductam in textu. iij. ibidem vbi Aristoteles inquit vnde & dubitauit aliquis verus vadere & sanare & sedere sit eus aut non eus & sic intelligitur dictum comentatoris in commento secundo septimi in principio commenti vbi inquit q Aristoteles intendit declarare q hoc nomen ens principaliter & simpliciter significat predicamentum Substantie secundario & determinate. s. relatiue ad substantiam alia predicamenta accidentium que non dicuntur esse nisi quia accidunt enti quod est eus per se scilicet Substantie hoc enim si nobis fas est inter pretari auerroem per auerroem veritatem nõ habet nisi in genere cause materialis: huic ẽt sententie astipulatur Auctoritas Aristotelis in ix. prime phylosophie in textu. Comẽ. i. vbi rememorans que dixerat in. vij. & in. viij. inquit De primo quidem igitur cure Et ad quod alie cathegorie entia referuntur dictum est videlicet de Substantia Nam secundum Substantie rationem alia dicuntur entia quantitas qualitas & alia sic dicta: omnia namque habebunt rationem Substantie vt diximus in primis sermonibus vbi Aristoteles se ipsum declarat quo modo accidẽtia dicuntur entia ratione Substantie: quia videlicet diffiniuntur per Substantiam & rationem substantie recipiunt: Manifestum est autem ex his que docuit in. vij. prime philosophie quod substantia in ratione accidẽtis non cadit tamquam forma sed tamquam subiectum & materia cadit enim vt additum licet dicatur in eodem septimo textu. Comẽ. xxxv. quod partes diffinitionis sunt forme intelligitur de partibus que sunt de quiditate sicut est genus & differẽtia. ¶ Amplius rõnibus illud probari potest non magis est de quiditate Accidentis habitudo eius ad. Substantiam quam sit habitudo prime materie ad Formam aut habitudo Forme materialis ad materiam sed habitudo prime materie non est de prima notione materie sicut pulcre declarauit lucidissimus Themistius i primo phisice a sculatione in digressione de potentia & priuatione materie & ẽt comentator i. phisicorũ in. Comẽ. lxx & in libro

⁊ in libro de substantia orbis ⁊ in sua media expositione super libro phisicorum ubi vult potentiam esse sicut proprietatem quandam materie ⁊ quod non sit vera differentia eius quandoquidem materia est ens absolutum ⁊ potentia est ens ad alterum ⁊ idem est iudicium de habitudine forme materialis ad materiam propter eandem causam. Et confirmatur similitudo quia forme educte de potentia materie dicuntur constitute in esse per subiectum sicut accidentia dicuntur constituta in esse per substantiam nam eque bene essentiali dependentia dependet forma materialis a materia sicut accidens a subiecto. Amplius. Avicen. in secundo sue methaphisice expresse testatur quod inherere non constituit accidens quemadmodum non inherere nec posse inherere non constituit substantiam. ¶ Amplius. Arist. v. methaphisice tex. Com. xiiii. ubi prius diviserat ens in ens per se ⁊ in ens per accidens dividit ens per se in decem predicamenta ⁊ eandem divisionem repetit in vi. prime philosophie in textu. Com. iiii ubi com. in comen. expresse testatur quod ens essentialiter est quod dividitur in decem predicamenta ⁊ ita etiam dicit in v. methaphisice quod postquam Arist. divisit modos entis per accidens incepit declarare secundum quot modos dicitur ens essentialiter ubi expresse colligitur quod accidentia formaliter per rationem proprias includunt ens ⁊ rationem entis. Amplius. ¶ Arist. xii. metaphisice. textu. xix ubi movetur illa questio utrum principia decem predicamentorum sint eadem vel diversa tandem per longum processum deciditur quod sunt eadem proportione ⁊ quod principia proxima decem predicamentorum sunt diversa licet remota sint eadem ut patet textu. Com. xx. xxi. ⁊ xxii usque ad. xxvi. ⁊ Comen. in commen. xix. ubi. Arist. facit illam rationem quod si substantia esset elementum omnium omnia reliqua predicamenta essent substantie ⁊ si predicamentum solum esset relatio omnia predicamenta essent relationes quia omne cuius elementum est substantia ipsum est substantia ⁊ si relatio omnia essent relativa commentator ibi in calce comen. inquit contingeret ut in aliqua hora dissolveretur substantia in relationem aut relatio in substantiam ⁊ subdit ⁊ hoc contingit in genere quod est materia non in eo quod est forma: Nam consuetudo averrois est respondere ad questionem ante magistrum: Et quia intentio. Arist. infertius est ista quod substantia est principium ⁊ elementum ad quod omnia alia habent resolvi ⁊ hoc in genere cause materialis non formalis ut diximus de mente eius in. com. ii quarti metaphisice ⁊ ex hoc potest bene patere error. tenentium habitudinem accidentis ad substantiam esse causam Formalem accidentis cum averroes ubique huic sententie adversetur ⁊ Arist. expresse in predicto loco ubi ex intentione determinat accidentia ex propriis constare principiis ex quibus sua forma dependet ut a causa proxima licet dependeat a principiis substantie tamquam a causa remota. ¶ Amplius. Aristo. i. topicorum capite. vii. expresse vult quod in omni genere est invenire proprias quiditatem Amplius. Arist. in. xii. metaphisice in textu. comen. iii. ii. quod pulcre exposuit ibi commentator determinat quod accidentia non sunt entia nisi quia entis volens enim. Arist. aliam assignare causam quare de substantia tantum sit considerandum inquit similiter autem nec entia nihil est simpliciter dicere hec: Sed qualitates ⁊ motus aut ⁊ non album ⁊ non rectum dicimus enim esse ⁊ hoc puta est non album ubi Comentat in. Com. inquit hec est alia causa propter quam considerandum est de substantia tantum Nullum enim aliorum invenitur simpliciter sed in substantia. v. g. qualitas non dicitur ens simpliciter neque motus sed dicitur esse qualitas ⁊ esse motus. Motus enim est motus alicuius ⁊ qualitas est qualitas alicuius: Substantia vero non est substantia alicuius Ens igitur simpliciter ⁊ principaliter est substantia. ¶ Et quia aliquis potest dicere quomodo alia predicamenta diminuuntur tantum a substantia: ⁊ hoc nomen ens dicitur de omnibus Dixit respondendo similiter invenitur non album idest hoc nomen ens quamvis dicatur de eis tamen dicitur quod hoc est album ⁊ hoc est mobile tamen hoc non dat ut perfecte habeant esse quoniam hoc etiam dicitur ens in negando esse cum dixit hoc est non album ⁊ non rectum: ubi manifeste colligitur de mente philosophi ⁊ Comentat. ens formaliter dici de substantia ⁊ de accidentibus licet simpliciter ⁊ absolute dicatur ut sic de substantia tantum quia accidentia non habent esse simpliciter ita perfectum sicut habet ipsa substantia ⁊ ratio ut inquit Arist. ⁊ Comen. in. comen. est quia sola substantia separabilis est quia ipsa per se existit: aliorum autem nullum unde sola substantia ut inquit ibi. Comen. in. com. est constans per se sed alia sunt in. Substantia isto modo accidentia dicuntur non entia quia non per se existunt sine substantia non tamen quod nullum esse formale de se habeant quia habent licet non ita perfectum sicut est esse substantie Nam creature etiam non habent esse eque perfectum sicut habet deus propter hoc tamen non dicimus neque negamus creaturam esse ens formaliter nec dicimus creaturam formaliter esse ens per essentialem habitudinem seu dependentiam qua dependet a deo Nam ut scribit. Arist. v. metaphisice textu comme. xxiii. hominis multe sunt cause sed quare homo sit homo nulla est causa secundum se enim homo est homo unde non quia deus est deus ideo homo est homo licet a deo sit homo: ¶ Forte dices quod impedit analogia entis ne accidens formaliter sit ens quia analogice dicitur de substantia ⁊ de accidente: Sed nec hoc stare potest Nam substantia etiam Analogice dicitur de materia ⁊ de for

ma ⁊ de substantia composita ex materia ⁊ for/ma vt dicitur .vij. mataphisice texu cōmē .vij. attamen materia secundū se est substātia sicut suo modo forma Nam vt inquit Alber. cognomento magnus .v. sue metaphisice tractatu .ij. c .iiij. ī speciali digressione quā facit declarādo quō forma cā sit quod materia sit in actu ⁊ que sit causa vnitatis materie inquit forma sm se actus est: sed forma non est causa quare mate/ria sit substantia tamen forma est causa quare materia est seu sit in effectu siue in actu non tamen est causa quare materia sit materia: Bene verum est quod forma est que dat esse in actu ipsi materie ⁊ non dat esse in actu inquantum est hec forma vel illa sed inquantum forma ⁊c. Confirmatur quia natura etiā analogice dicitur de materia ⁊ forma ⁊ tamen materia est natura ⁊ alia a natura forme. Amplius cum acci/dentia sint principium formale agendi ⁊ in actione reali sicut corpora celestia agunt mediante lumine ⁊ motu de quo Aristo. dixit in principio viij de phisico auditu quod est tanq̄ʒ vita omnibus natura subsistentibus ⁊ in principio libri metheoroꝝ inquit oportet mundum inferiorē superioribus lationibus esse continuum vt ois eius virtus inde gubernetur ⁊ in .ij. de genera/tione ⁊ corruptione ⁊ in .iiij. metheororum reducit omnem alterationem ⁊ transmutationem substantialem ad quatuor primas qualitates ⁊ virtutes elementorum quarum due sunt actiue ⁊ due passiue sunt etiam accidentia principiū ī actione spirituali tam sensitiua quia obiecta sensuum aut sunt sensibilia propria aut sunt sensibilia communia ⁊ talia sunt qualitates ⁊ acci/dentia sicut patet nam sensibilia propria sunt qualitates de tertia specie que dicuntur passionea ⁊ passibilea qualitates vt inquit Aristo. in predicamentis eo quia passionem inferunt in sensus sunt etiam principium agendi in actio/ne spirituali intellectus quia primo de anima textu Cōmē .xi accidētia magnam partem cōferunt ad cognoscēdum quod quid est: Accidētia igitur formaliter sunt entia per propriam ⁊ intrinsecā rōnem non .n. q2 substantia ē substātia ideo accidēs est accidēs: ¶ Propositio igit famosa que dicit accidentia sunt entia quia entis vera est in genere cause materialis non for/malis nota enim reduplicationis potest vnum quodq3 genus cause reduplicare Tot .n. modis dr̄ h3 se quō modis di cā .v. metaphisice .j. c .xxiij ⁊ sic intelligitur dictum Auer. in lib. destructionum in disputatione .vi. in solutiōe .vi. dubij vbi inquit radix namq3 accidentium est quod ab alijs habeant sustentationem ⁊ quiditatem si/militer etiam quādo dicitur accidentia non eē entia simpliciter: intelligitur quia non habent esse perfectum sicut habent substantie quia esse simpliciter est per se existere ⁊ per se constare ⁊ tale esse substantiarum est quia oīa accidentia fundantur in substantia ⁊ nullum separari pōt

Sum/ma to/tius li/tatōis.

ab ipsa ita glosat Comentator duodecimo me/taphysice comento .iij.

¶ Accidens vni non potest alteri esse substantia:

ppositio .iiij

FAmosa est propositio ⁊ elicitur ex dictia philosophi pmo phisice asculrationis textu. Cōm .xxvij ⁊ xxx vbi dicitur quod vere est accidit nulli: Aduerte igitur quod accidens apud philosophos sumi/tur quandoq3 vt distinguitur contra substantiā ⁊ quandoque sumitur pro extraneo vt distin/guitur contra id quod est de rei quiditate eo modo quo logici sumunt in fallacia acciden/tis ⁊ diuini omne id quod non est de quiditate rei accidēa appellant sic dicimus quod homo accidit animali ⁊ vniuersaliter oīa inferiora di/cuntur suis superioribus accidere accidens igitur vt distinguitur contra substātiam respectu vnius non potest esse substātia respectu alterius in his que vniuoce participant rationem eius sic damnatur Alexan. ab Auerr. viij. metaphisice Cōmen. v. qui posuit caliditatem esse formā substantialem in igne cum tamen sit qualitas in mixtis ⁊ sit eiusdem rationis in vtroq3 nam sensus tactus qui est verus iudex qualitatum tangibilium vniformiter īmutatur a calore ignis ⁊ a calore mixti sine aliquo discrimine: Scientia tamen in nobis est qualitas vt patet ex sentētia philosophi .vij. phisicorum textu. Cōmē .xx. vbi probat quod ad primam speciem qualitatis nō est per se motus quia virtutes ⁊ scientie nō acquiruntur per alterationem ⁊ tamen scientia in deo ē substantia ⁊ ratio est quia scientia non vniuoce sed equiuoce dicitur de scientia nostra ⁊ de scientia dei sicut scribit Cōmē .xij metaphisice textu .li. ⁊ in libro destructionum in disputatio/ne .vi. in solutione .v. ⁊ .xviij. dubij accidens igit non pro extraneo sed vt distinguitur contra substantiam respectu vnius nō potest esse substantia respectu alterius si eadē rōne vtriq3 cōueniat.

¶ Accidentia solo numero diferentia in eodem subiecto esse non possunt.

ppō .v

COlligitur propositio ista ex intentione philosophi in .v. pme philosophie in cap. illo cadē vero dicuntur ⁊ est in textu. Cōmē vacātis post textum. Cōmē .xv. vbi Arist. modos secundum quos aliqua diuersa dicuntur ponit .v. dicens ⁊ quecunq3 in eadem substantia entia differentiam habēt Vera est propositio de accidentibus realibus eductis de potentia materie per verū motū ⁊ transmutationē que fit cum abiectione contrarij nam actio est merito cōtrarietatis ex

primo de

primo de generatione ⁊ corruptione textu. cõm. l. ideo Ari. dixit in libro de sensu ⁊ sensato quod ignis non agit inquantum ignis sed inquantum calidus quia ratione qua calidus contrarietatem habet. Ex primo etiam de generatione ⁊ corruptione textu. Cõm. lv. habitibus presentibus in materia non dum generatur aliquid sed iam est. pp hoc agens inueniens subiectum informatum aliqua forma non potest consimilem eiusdem rationis introducere per verum motum ⁊ alterationem quia non repperit illud sub forma contraria talis autem contrarietas est necessaria in tali actione: Fallit autem de accidentibus non eductis per veram actionem que est merito contrarietatis sicut probatur argumento sensato de duabus candelis producentibus in eodem medio duo lumina. Nam si fuerint tres candele accense in aliquo medio posita tabula perforata tribus foraminibus causantur tres vmbre quod non esset nisi ibi essent tria lumina. Fallit etiam propositio in accidentibus spiritualibus quia in eodem intellectu possunt esse plures cognitiones numero differentes aut saltem in eadem virtute cogitatiua vt inquit enim philosophus ex pluribus sensibus fit memoria ⁊ ex pluribus memorijs fit experimentum ex prohemio metaphisice. Item in eodem medio possunt esse due species sensibiles eiusdem speciei. Item propositio vera est in accidentibus absolutis fallit secundum aliquos in respectiuis quia in eodem possunt esse plures paternitates: Ista autem dicta vera sunt apud tenentes accidentia non distingui primo per subiecta sed qui tenent accidentia numero distingui ad distinctionem subiectorum negant omnia predicta vnde herueus in quolibetis quolibeto. vij. questione nona tenet duo accidentia solo numero differentia in eodem subiecto simul esse non posse ⁊ ratio sua est quia vt inquit in omni actione preter illud quod facit aliquid tale esse etiam oportet ponere aliquod intrinsecum quo fit tale formaliter ita etiam preter illud quod facit aliqua esse distincta effectiue: oportet dare ex parte facti aliquid intrinsecum quo sint distincta formaliter. Unde impossibile est a quocumque agente fieri duos homines specie differentes quia non haberit aliquid intrinsecum quo differant formaliter specie secundum quod homines. Sed due forme numero non habent aliquid intrinsecum quo sint due nisi vel quia sunt vel quia nate sunt esse in diuersis subiectis vel in diuersis temporibus in eodem successiue ergo due forme solo numero differentes non possunt esse simul in eodem subiecto. Maior videtur plana scilicet quod oportet ex parte forme dare aliqua intrinseca quibus formaliter distinguantur: minorem probo quia forme nõ possent distingui nisi vel per suas rationes formales vel per hoc quod nate sunt esse in diuersis subiectis vel diuersis temporibus in eodem subiecto.

Opio henrici natalis in quo libeto vij. q. viij.

Distinctio autem formarum per suas rationes formales est distinctio specifica: ergo distinctio numeralis formarum non potest intelligi nisi per hoc quod sunt vel nate sunt esse in diuersis subiectis: vel in eodem: in diuersis temporibus ⁊ tunc talis forma ex hoc solo quod est talis habet quamdam latitudinem non ad intensum ⁊ remissum sed ad pluralitatem numeralem excepta quantitate que ex se ipsa habet quamdam latitudinem partium solo numero differentium ⁊ ita etiam tenet in quolibet iij. questione nona qua querit vtrum in compositis ex materia ⁊ forma materia sit principium indiuiduationis articulo. iij. vbi mouet in. iij. dubio talem difficultatem si vnum quodque per essentiam numeraliter distinguitur ab alio quare duo accidentia solo numero differentia non possunt concurrere in idem subiectum recipiendo suam distinctionem. Et ad hoc respondet quod licet vnaqueque res non habeat distinctionem intrinsecam nisi suam essentiam tamen istud principium inquibusdam non sufficit saltem naturaliter sine alijs concurrentibus subiectiue vel dispositiue ⁊ ideo sicut impossibile est substantiam habere partes integrales sine quantitate ita videtur quod impossibile est accidens plurificari in eodem subiecto quamdiu a subiecto dependet propter hoc quod sibi deest illud quod natum est ipsum plurificare subiectiue. ⁊ ista etiam est opinio beati Thome in. v. metaphisice lectione. x. ad finem Nobis autem prima opinio rationabilior apparet nam vt inquit. Cõmen. in. vij. metaphisice in. Cõmẽ. ij. indiuiduum substantie precedit indiuidua aliorum predicamentorum: ⁊ per consequens in vno quoque predicamento accidentium possumus immaginari duas formas indiuiduales seipsis intrinsece differentes nec est verum quod omnis distinctio formarum sit distinctio specifica sed verum est de formis que sunt quiditates nam non est dubium quod sortes ⁊ plato differunt ab inuicem per suas formas indiuiduales ⁊ tamen nõ differunt specifice. Nec obstat quod dicit quod distinctio accidentium non potest intelligi nisi per hoc quod nate sunt esse in diuersis subiectis vel in eodem subiecto in diuersis temporibus successiue quia hoc contingit intellectui quãdo a posterioribus ⁊ extrinsecis venatur numerum ⁊ distinctionem formarum nam vt superius diximus subiectum ⁊ habitudo ad subiectum non est causa formalis entitatis ipsius accidentis ⁊ vnitatis eius. Sed extrinseca ⁊ subiectiua tantum.

Opio. beati thome

Omnium natura constantium terminus est ⁊ ratio magnitudinis ⁊ augumenti.

ppositio. vi.

Philosophi Est propositio in propria forma in. ij. de anima in tex. comẽ. xli. vbi argumẽtatur

ꝯ empedoclē ad ꝓbādū motū augumēti in cor poribus nō ꝯuenire ꝑncipalr ab igne: ſ ab ipſa aīa. Ignis aūt ꝯcurrit vt cōcā ⁊ inſtrm alē cū aūt inſtrm nō moueat niſi motū a principali agēte. egit ſꝫ qȯ ē regularū a forma cuius ē inſtrꝫ ter minatio aūt rebus a forma ꝑficiſcit nō a mā nec ab iſtro ꝑncipalr. ¶ Nō intellr tn̄ ꝑpō qȯ nāā cō ſtātia ſint terminata ꝑ formā ad certā mēſuras ꝗtitatis aut qlitatis ꝑictualē. Sꝫ cū certa lati tudine q̄ iter duo extrema vagaꝭ ſicꝫ dic̄ optime ꝑnceps de ꝯplexiōe humana. Nā expimēto ſen ſato cernimus nō oīa indiuidua eiuſdē ſpēi eſſe eiuſdē ꝑciſe ꝗtitatis nec eiuſdē ꝯplexionis de dit.n. deus ⁊ nā vnicuiqꝫ indiuiduo ꝓpriā ꝯple xionē l q̄ aliud indiuiduū cōicare ē īpoſſibile ⁊ imaginari debes qȯ ē aliq̄ tā magna ꝗtitas vl tra quā ſpēs humana n̄ pt ſaluari. Et alia tā pua vltra quā humanitas nō ꝯſtat. Et ita itelligas ēt de q̄litatibus ⁊ aliys diſpōibus. Nā forme nāles ꝑ ſe ⁊ ſuis opationibus nō ſolū ꝑdicto mō ſtāt ſibi certū terminū ex pte dimēſionū verū ēt ex pte aliaꝝ q̄litatiuaꝝ diſpōnū ſicꝫ teſtatur Comē tator l plerīſqꝫ locis l philoſophie. Et ꝑſertim l libro de ſba orbis: ⁊ l. vi. phiſi. l com. xci. vbi ſcri bit oē gn̄abile nālr hꝫ aliq̄ ꝗtitatē nālr l initio gn̄atōis ⁊ fine. Et iſta ꝗtitas hꝫ extrēa ⁊ mediū. ꝟ.g. qm̄ ꝗtitates embrionū ſunt terminate. ſ. minimi ēbriōis ⁊ maximi ēbriōis. Vn̄ īpoſſibile ē augeri l infinitū aut minui l infinitū. Nā ſi trā ſierit ꝗtitatē nālē l diminutiōe ⁊ l additiōe ſta tiꝫ corrūpet ens. Actio.n. cuiuſlibet entis ꝑficiꝭ ꝑ ꝗtitatē ⁊ q̄litatē terminatā ſicꝫ eſt diſpō in enti bus artificialibus. Et iō dixit Comēta. l. iij. celi in comē. vi. ⁊ in. iij. phyſi: in comē. lx. qȯ nālis nō ꝯuenit cū geometra l hac ꝑpōne dicēte ꝯtinuū eſt augumētabile l infinitū q: ire ad augumētū eſt ire ad formā attn̄ bn̄ ꝯuenit cū geometra in alia ꝑpōne dicēte ꝯtinuū eſt diuiſibile l infinitū q: diuiſio ꝯuenit l infinitū ipſi magnitudini ⁊ in ſe ⁊ ēt vt ē l mā: ¶ Sꝫ tn̄c l hac re ē maxīa diffi cultas. Nā ex authoritate Comē. l. iij. celi augu mētatio l infinitū ꝯuenit a mā vt declaratū eſt l phyſicis vt expſſe dic̄ in comē. vi. ſi igꝛ mā de ſe eſt cā augumēti in infinitū ſicꝫ de ſe eſt cā diuiſio nis l infinitū Igꝭ mathematicus puta geometer dꝫ ꝯcordarꝭ vtriqꝫ illaꝝ ꝑpōnū: vꝫ tā l iſta q̄ dic̄ ꝯtinuū eſt diuiſibile l infinitū quā ēt in iſta q̄ dic̄ ꝯtinuū eſt augumētabile in infinitū: q: ꝯtinuum vt eſt in mā rōne materie ſicut eſt diuiſibile l in finitū ſic ēt rōe eius eſt augumētabile in infinitū. Qȯ ꝯfirmaꝭ ex ꝑfato text. ij. de aīa vbi Ariſt. ꝯ empedoclē arguit qȯ ſi augumētatio in anima tis ꝯueniret ab igne iret in infinitū: manifeſtū eſt aūt qȯ ignis l mixto animato ꝯcurrit vt mā ⁊ vt inſtrm ⁊ vt ipfectius reſpectu aīe reſpectus aūt. ipfectioris ad pfectius ⁊ inſtri ad agēs eſt reſpectus materie ad formā. ij. de aīa. t. c. xxiiij. ⁊. iij. de aīa comē. xxxvi. Et in eodē tex. xli. phs ꝯcludit qȯ augumētatio potius eſt rōis ⁊ forme q̄ materie. Hꝫ igꝛ luciſſime qȯ ſi augumēta tio ꝯueniret a mā qȯ vbi deſinat nō hꝫ. Ignis n. appoſito ꝯbuſtibili in infinitū creſcit. Et eſt lo

Nota e[t] arduā difficultatē d naturali ⁊ geo metra

cus multū ꝑſcrutabilis ſicut vides. Et ſolutio iſta Auer in h nō ſatiſfacit. imo vꝫ ſibimet ꝯdi cere ſi bn̄ ꝯſideras. ¶ Dicamus igꝭ ꝯūr in do ctrina eius: qȯ augumētatio pōt ꝯparari tā ad māꝫ quā ēt ad formā tā ꝗ ad duo pn̄cipia diuer ſa. Et tūc certū eſt qȯ augumētatio diuerſis ꝯpa rata principijs diuerſa ꝯbit ⁊ oppoſita: diuerſoꝝ n. diuerſe ſunt ꝓprietates vn̄ ſinitas eſt a forma ⁊ infinitas ē a mā ſicut dicit Comē. in. iij. phyſi. in comē. lx. Et vꝫr aduerte qȯ oēs ꝯditiones q̄ ſunt inuētē in ꝯpoſito ſi atteſtanꝭ ipfectioni ꝯue niūt a mā: ⁊ ꝯpetūt ꝯpoſito ꝑꝑ māꝫ. Et ille q̄ at teſtanꝭ pfectioni ꝯueniūt a forma ⁊ ꝯpetūt ꝯpo ſito ꝑꝑ formā augumētatio igꝭ ꝗtū eſt merito me finē nō hꝫ q: infinitas ſtat ꝑ materiā: ⁊ iō in infinitū ꝓgrederetꝭ merito ipſius ꝑꝑ naturā ſue potētialitatis inuentā in ſba eius q̄ eſt cā infini tudinis. Et iō bn̄ ſeqꝭ rō Ariſt. qȯ ſi augumēta tio in viuentibus principalr ꝯueniret a virtute elemētali tūc vbi deſinat nō hꝫ: ſꝫ q: ſimplr au gumētatio eſt de diſpōnibus atteſtantibus pfe ctioni augumētatio.n. ē motus de ꝗtitate ipfe cta ad ꝗtitatē pfectā vt dꝭ in. v phyſi. in tex. c. xviij. iō abſolute attribuiꝭ forme ⁊ h eſt qȯ dicit Comē qȯ ire ad augumentū eſt ire ad formā: ꝑ oppoſitā rōnē eius qȯ in diminutiōe ꝯtingit q: ire ad diminutionē eſt ire ad nihil ⁊ non eſſe vt in q̄ cuius cā eſt materia. Et ꝑꝑ h diminutio in infinitū ſimplr attribuiꝭ me q: atteſtaꝭ ipfectio ni ⁊ corruptioni. vn̄ naturalr iſte ꝓpoſite reſiſtūt diuidētibus cauſis. Et iō phs in ij. de aīa l tex. allegato ſimplr augumētationē attribuit aīe q̄ ꝯcurrit ſicut forma ⁊ nō igni q̄ ꝯcurrit vt mate ria ⁊ inſtrm vt lꝫ hec.n. aīe ē ⁊ nō ignis Et rō nis magis q̄ꝫ materie. A fine.n. denoīare viꝫ qȯqꝫ fas eſt vt ſcribiꝭ in. ij. de aīa in. t. c. xlix. q: igꝭ ire ad augumētū eſt ire ad eē ⁊ ad formā in de phyſice loquēdo ſimplr ⁊ abſolute ꝑꝑ predi ctas rōes aſcribiꝭ forme ⁊ q: denoīationes ſiūt a talibus ſimplr abſolute loquēdo: inde eſt qȯ in iſta ꝑpōne geometra nō dꝫ ꝯcordare vꝫ ꝯtinuū eſt augumētabile in infinitū. q: vt dicit in comē. vi. tertij de celo Auerr. cū ꝯſideraueriꝭ mathe maticus in ꝯtinuo ſm additionē nō erit īpoſſe augumētare corpus in infinitū cū ꝯſideret in eo inq̄ꝫtū eſt abſtractū a corpe naturali. Naturalis aūt dicit h eē īpoſſe qm̄ inq̄ꝫtū eſt vltimū termi nās corpus naturale ē q̄ſi forma. Forma aūt inq̄ꝫ tū forma īpoſſe eſt augeri in infinitū. Augumē tatio.n. in infinitū ē ex materia nō ex forma vt determinatū l phyſicis. Et iō dic̄ qȯ geometer dꝫ ponere qȯ magnitudines augentꝭ in infinitū ſꝫ pt ponere magnitudines in quacūqꝫ ꝗtitate voluerit ⁊c. Cū igꝭ augumētatio ſimplr redu caꝭ ad formā ⁊ nō ad materiā niſi ſm qd ⁊ de noīationes ſiūt ab eo qȯ ē ſimplr nō ab eo qȯ eſt ſm qd nā hō mortuus nō ē hō ⁊ ꝯtinuū vt reſpi cit augumētū hꝫ rōnē finis ⁊ pfecti ⁊ a fine vnū qȯqꝫ denoīare iuſtū ē ⁊ abſolute augumentatio vt dꝭ l ꝑ de gn̄atione ⁊ corruptiōe ſit ꝑ formā ū ꝑ materiā ꝑncipalr vt bn̄ ꝯclarat. Com. l ꝑ ꝯ gn̄a tiōe ⁊ corruptiōe in. t. c. xxxviij. hinc ē qȯ nam

Solo.

ralis nõ ꝯcordat cũ geometra l illa ꝯtinuũ ẽ augu
mẽtabile i infinitũ secus aũt ẽ ð illa ꝯtinuũ ẽ diui
sibile i infinitũ q2 divisio i infinitũ actestat' lpfectõi r
ire loiuisiõe ẽ if ad si eẽ r ẽif ad nihil vt dic. iij.
phy. c. lx. r talis dispõ simplr redu' ad materiã
nã forma pse idiuisibilis ẽ r si diuidit' hoc ẽ p ac
cidẽs r fm qd r iõ l ista simplr r absolute geo
meter ꝯcordat cũ nãli: vterqz igr' fmo vno ẽ fm
diuersos respũs uã si augumẽtatio ꝯparet mẽ r
forme amã hs lerminationẽ a forma vo finẽ r
terminũ: sz si absolute augmẽtatio r simplr ꝯsi
derat' vt ẽ motus q afine denolationẽ sumit sic'
simplr ẽ ipsius forme ñ mẽ r hoc expsse dic. Ari.
qð hec ale ẽ r non ignis r rõis magis quã mẽ
r. Com. ibi l. com. in r r dixit hoc q2 appet qð
actio augmẽti ẽ ꝯposita ex actiõe ignis r ex ali
q̃ intẽtiõe l igne alterat' .n. qð ẽ in eo dz attribui
igni r q2 ẽ terminarẽ dz attribui vtuti ꝯiũcte cũ
igne r dat exẽplum ð arte quod vide si placet.

ppõ. ¶ Priora fm nãm sunt quecumqz
pñt esse sine alijs r alia nõ sine ipsis.

PRopositio Est Aristotelis in. v. prime philosophie in cap. de priori r ẽt in pdicamẽtis nõ intellr
ista. ppõ quo ad sepatiõnẽ in eẽ reali nã in hoc
Intellectus ppõis sensu vtebat' ea Plato vt scribit. Com. xij. meta.
com. xviij. nã certũ est ꝙ motus nã pcedit tps r
tñ nõ pt eẽ sine tpe r sbam nã pcedit ppriã paf
sionẽ sz nõ pt eẽ l re sine ipa r vniuersale ẽ prius
nã singlari sz ñ pt eẽ sine singlaribus vñ Com.
xij. metaph. Com. pallegato declarans quõ sin
gulare ẽ prius vniuersali ex mẽte. Alex. lqt ꝙ h
est intelligẽdũ fm eẽ r nõ fm intellm vniuersa
lia .n. fm intellm sunt priora pticularibus q̃ quis
auferunt' auferunt' pticularia vñ existimant' vni
uersalia eẽ rõ sbe q̃ vba. Com. asseruit pp opi
nionez Platonis q vtebat' diffinitione prioris fz
nãm opinãdo ꝙ queadmodũ vniuersalia pñt in
telligi p intellectũ abstracta a singularibus sic
etiam in rerum natura subsistunt separata a sin
gularibus r sunt rerum substantie sed. Aristo.
opinio fuit ꝙ intellectus multa potest separare
que natura non potest sicut scribit. Com. xij. me
taphisice. Com. xxxix. ¶ Et confirmat' q2 fm
omnem viam propositiones per se primi r. ij.
modi sunt simpliciter necessarie nam demostra
tiones sunt necessariorum r impossibilium ali
ter se habere si igitur prius secundum naturam
posset esse secundum rem sine posteriori tunc
sequeretur ꝙ conclusio demostrationis in qua
concluditur propia passio de subiecto non esset
simpliciter necessaria quandoquidem subiectũ
de quo demostratur posset esse sine ipsa quum
sit natura prius r ita demõstratio esset de con
tingentibus r vniuersaliter de his que sic r ali
ter se habere possunt r ita etiam contingeret de
ppõnibus per se primi modi nam partes diffi
nitionis etiam natura precedunt diffinitum vn
de. Comẽ. secundo physicorum r Arist. cum eo
textu. commenti. xix. inferunt contra. Platonem

ꝙ forme nãles fm rõnez deberẽt esse separate
a mã sensibili q2 ipe posuit ꝙ sunt separate fm
eẽ nã vt deducit. Com. manifestũ est ꝙ qc 3d se
paratur fm esse separat' rõe sed nõ ꝯuertit' Ec
ce igr' ꝙ ista separatio in diffinitiõe prioris fm na
turã nõ ẽ intelligenda fm eẽ sz fm intellectum
Et mirũ pfecto mirũ quõ Scotus vir sublimis
ingenij r in scia diuina acutissimus cũ quo in
cedit. Antonius. Andree r seqces quõ in hac
ppõne defecerit q in hoc sensu vtit' ea in. ij. q.
quolibetoz. art. i. vbi pbat ꝙ aĩa itellectiua prius
nã ẽ hec qz vniat' mã q2 est prius nã terminus cre
ationis qz infundat' quã ppõnez isto mõ pbat
q2 illud qð sine ꝯdictiõe pt eẽ sine alio r nõ ecõ
uerso ẽ prius nãliter illo hoc accipit' vt inquit ex
v metaphisice cap. ð prori aliq̃ inqt fm nãm r
sbam sunt priora quecũqz ꝯtingũt eẽ sine alijs r il
la nõ sine illis: r in fine cap. ad istũ modũ redu
cit oẽs modos prioris r. i. vij. metha r. c. iiij. Esse
inqt sbe ẽ primũ olm r hoc pbat alioz .n. nullũ ẽ
separabile a sba .i. potẽs eẽ sine sba hec aũt sba
pt esse sine alijs quãtũ ẽ ð se ꝯcludit g̃ fm phl
sepabilitas ista prioritatẽ fm nãz aĩa aũt nõ solũ
fm sbam r eẽntiã sz fm existẽtiã r vt terminus
creationis diuine pt eẽ sine mã g̃ pt eẽ sine hoc
ꝙ vniat' mẽ nullo aũt mõ pt eẽ in mã nec aliq̃
mõ q̃litercũqz nisi ipa sit hec ppria singularita
te sequit' g̃ ista ppõ prima q̃ fuit hic pbãda vbi
pz ꝙ vtit' illa ppõne prioris fm naturã q̃ ad pos
se separari a posteriori fm eẽ q̃ntũ ẽ merito sui
sz si ita itelligat' seqtur ꝯ ipm q2 ipe tenet ꝙ ppria passio ẽ eadẽ realr cũ sbo sz quã sbm posset
eẽ q̃ntũ ẽ merito sui sine ppria passiõe quum sit
natura prius illa g̃ nõ ẽ idẽ realr illi p regulã po
sitã p ipm met in: iij. q. quolibetoz. art. iij: vbi hz
vniuersalr .n. qð ꝯuenit alicui sic ꝙ olmoda ꝯdi
ctio sit illud eẽ sine hoc hoc ẽ idẽ realr illi r per
oppositũ vbi nõ ẽ olmoda ꝯdictio nõ opz idẽ eẽ
olno. ¶ Nec vz si dicat' ꝙ sbz ad ppriã passionẽ
dupl̃r ꝯparari pt vno mõ fm eẽntiã inquãtũ vz
nõ depẽdet ab illa. alio mõ inquãtũ ẽ cã necessa
ria respectu illius. p. qdẽ mõ sbm q̃ntũ ẽ meri
to sui pt eẽ sine ppria passiõe sz nõ scðo mõ r ẽ
rñsio eius. vij. meth. q. i. Nã data ista rñsiõe ad
huc argm̃ stat l suo vigor' q2 nõ ẽ olmoda ꝯdictio
sbm posse eẽ sine ppria passiõe sz solũ ex pte q̃
ẽ cã. ¶ Preterea retorqueo arg' quo ad istam
rõem q2 ẽt sbm fm ꝙ ẽ cã necessaria passiõis: ẽ
natura prius ipsa passione: sz prius fm naturã sub
rõe q̃ ẽ prius pt eẽ sine posteriori g̃ sbm r fm suã
eẽntiã absolute ꝯsideratũ r ẽt sub rõe q̃ cã pt eẽ
sine ppria passiõe: r ita sequit' ꝙ demostratio nõ
ẽ simplr necessarioz r lpossibiliũ simplr alr se
hñe ꝯ Ari. veritatẽ: Sz illð qð decepit ipsũ si fas
ẽ ita loq ð tãto viro fuit q2 nõ distixit ð separa
tiõe fm eẽ q̃ vtebat' ea. Plato. r ð seperatiõe fz
itellm q̃ vtebat' ea. Ari. ¶ Nec auctoritas. Ar.
mouet qz allegat ex. vij. meth. t. c. iiij: vbi pbat
sbam eẽ priorẽ rõe / cognitiõe tẽpore. r natura nã
fz expõnẽ diui thome pbatio illa nullũ .n. alioz
cathegorematũ separabile ẽ sola aut sba se para
bilis: adducit' ad pbãdã prioritatẽ tẽporis r nõ
prioritatem nature r secundum expositionem

Contra scoti.

Evasio scoti l vij. metha.

Impugnatio

Averrois illa probatio communiter deservit ad quamlibet primitatem ⁊ Aristoteles secundum ipsum intellexit nullum accidentium esse separabile a substantia quia universalia accidentium diffiniuntur per esse in subiecto ⁊ ista met est expositio Aristotelis primo phisicorum textu commenti decimi quarti ⁊ ita ista separatio est quantum ad intellectum dum dicitur in diffinitione prioris ꝙ potest separari ab alio ⁊ aliud non ab ipso. Et confirmatur quia comentator quarto phisicorum comento nonagesimo septimo contra Galenum inquit ꝙ qr tempus non imaginatur sine motu ⁊ motus potest imaginari extra tempus significat hoc ꝙ motus precedit tempus naturaliter ⁊ ꝙ tempus accidat motui licet sint consequentia se complete ⁊ dicit expresse ꝙ ista fuit opinio Aristotelis ⁊ non sicut intellexit Galenus ⁊ manifeste patet ex illo loco ꝙ prioritas nature de motu respectu temporis probatur quia potest abstrahi per primam operationem intellectus quum in diffinitione motus non ponatur tempus: Sed in diffinitione temporis ponitur motus non autem intellexit Comentator motum posse imaginari esse sine tempore naz duodecimo methaphisice comento vigesimo nono expresse habet ꝙ impossibile est imaginari motum sine tempore.

¶ Posterius non potest abstrahi a suo priori.

ppositio. vii

FAmosa est propositio ⁊ deducitur ex eadem authoritate philosophi iam allegata: quia posteriora non possunt esse sine aliis que sunt natura priora illis. Intelligitur de posterioribus que comparantur ad vera priora respectu illorum: quia videlicet includunt illa quiditative. Sed nō opus est ubi prius nō fuerit de q̄ditate posterioris q̄d posterius nō possit intelligi sine illo. Nam certum est s̄m Aristotelem quod mathematice discipline abstrahunt a substantia excepta Astrologia que sola inter mathematicas disciplinas de substantia Theoriam facit Geometria enim solam magnitudinem contēplatur: ⁊ Arithmetrica numerum ⁊ colligitur de mente etiam Aristotelis: ⁊ Comentatoris quarto prime philosophie textu comenti primi ubi habet quod scientia divina speculatur ens inquantum ens: ⁊ que huic insunt: alie scientie particulares abscindentes: aliquam partem entis circa hanc speculantur ipsum accidens velut scientiarum mathematice ubi Comentator in comento primo super his verbis inquit manifestum est quod non est alicuius scientiarum particularium consideratio de ente secundum quod est ens. Sed tantum est consideratio de accidentibus que accidunt alicui parti partium entis accipiendo illam partem quasi distinctam ab ente sicut faciunt scientie mathematice que accipiunt numeros ⁊ magnitudines distinctas ab ente ⁊ considerāt de eis ⁊ suis accidentibus essentialibus: ubi clarissime patet quod iste scientie abstrahunt a substantia manifeste quid enim est accipere magnitudines ⁊ numeros separatos ab ente q̄z separatos a substantia. Nam divina scientia est que considerat de ente: idest de substantia in eo quod ens ⁊ in eo quod substantia ipsa. enim est veruz ens simpliciter ⁊ primum: ⁊ alia non dicuntur entia nisi quia entis. ¶ Amplius Comētator tertio phisicorum comento sexagesimo expresse testatur quod in hac propositione continuum est divisibile in infinitum convenit Geometer cum naturali philosopho: sed non in hac continuum est augmentabile in infinitum. Nam ut inquit propositiones mathematice sunt fundamenta imaginationis modo continuum in via augmenti secundum imaginationem augeri potest in infinitum imaginatio enim terminum non habet nec in sursum nec in deorsum: unde Seneca ad lucillum desideria inquit naturalia finita sunt que autem ex falsa imaginatione proveniunt ubi desinant non habent. Sed quia ire naturaliter ad augmentum est ire ad formam que est causa terminationis ⁊ finitudinis omnium enim natura constantium determinatus est numerus magnitudinis ⁊ augmenti secundo de anima textu comenti. xli. Ideo naturalis discrepat in hac propositione a Geometra. Sed in alia propositione que est de divisione continui in infinitum cōcordant: quia ut inquit divisio in infinitum convenit continuo tam pro ut est in materia que est causa in rebus physicis in terminationis ⁊ in finitudinis quam etiā ut est abstractum a materia ubi expresse Comentator vult quod geometer abstrahit magnitudinem a materia ⁊ non considerat ipsam nisi secundum intellectum ⁊ imaginationem quo ad sui naturam. Et unde colligitur manifeste de intentione Comentatoris quod materia intelligibilis a qua non abstrahit mathematicus non est substantia sicut tenuit Scotus ⁊ Egidius Romanus ⁊ Albertus magnus qui voluerunt substantiam corpoream subiectam quantitati esse subiectum scientiarum mathematicarum. Immo materia intelligibilis subiecta mathematicis disciplinis est ipsa quantitas prout secundum rationem abstrahit a qualitatibus sensibilibus. ¶ Nec obstat quod dicit Magnus Albertus in quinto sue methaphisice tractatu tertio capitulo secundo ubi facit digressionem declarando esse ⁊ naturam quantitatis ubi inquit hec verba formaliter diximus enim quod substantia que corpus est constituitur ex materia ⁊ forma corporeitatis tali que suscipit omni modo mēsuram triū diametrorū. Et in hac forma nullum corpus differt ab alio corpore: nec est

Cōtra Alberti ma. i. v. sue methaphisi.

pore: nec est maius vnum corpus quam aliud. Et ex hoc patet quod mensura dimensionum actualium secundum quam comparantur ad inuicem secundum maius ⁊ minus ⁊ equale est mensura ⁊ quantitas suscepta ab huiusmodi substantia secundum hoc quod susceptibilitas per actum formę substantialis est in ea: igitur quantitas quę mensura est inest composito: ⁊ non materię simplici: adhuc hoc habitum est supra quod forma corporeitatis substantialis numquam relinquit materiam ⁊ est in ipsa ante omnem motum ⁊ mutationem non dependens nisi ex principijs substantię simplicibus istę autem dimensiones secundum quas corpus comparatur ad corpus secundum maius ⁊ minus ⁊ equale vno corpore manente secundum substantiam insunt ⁊ non insunt sicut patet in cera extensa ⁊ contracta ⁊ nube contracta ⁊ dilatata. Et generaliter in condensatis ⁊ rarefactis. Igitur ista insunt ex prima ratione: ⁊ non sicut quedam pars cum consequuntur esse compositi: Et ex secunda ratione insunt ⁊ non insunt eidem saluato secundum esse subiecti. Oportet igitur quod ista sint accidentia. Et esse ipsorum est esse accidentis. hoc tamen. Plato nō dicit ⁊ plures stoicorum attende igitur quod quia quantitatum mensurę non insunt subiecto determinato secundum aliquam specialem formam sed secundum ipsam formam corporeitatis primam ideo in diffinitiua ratione quantitatum disciplinalium non intrat subiectum sensibilis materię nec concipiunt illud secundum subiectum intellectualis siue intelligibilis materię tantum: Nec est dicendum quod concipiunt materiam imaginabilem ipsę enim disciplinales quantitates sunt imaginata quedam subiectum autem quod in sua ratione concipiunt nō est imaginatū: sed in intellectu conceptum per prima principia. substantię corporeę solum ⁊ hoc ē valde notandū in tota ista phia ex hoc autē qd subiectum nullam habet differentiam ex imaginatis circa ipsum ⁊ sensibus contingit quod dimensiones disciplinales omnes vnius sunt rationis in omni materia: quod esse nequaquam posset si subiectum imaginatum vel sensatum concipit: quia per imaginata ⁊ sensata differunt corpora. Et sub talibus differentijs caderent in diffinitionibus disciplinabilium oporteret ipsa equiuocari quando vnum esset nomen ⁊ ratio substantię diuersa subiectum enim perse ⁊ secundum ipsum cadit in passionis diffinitione hec ille formaliter Ex quibus verbis clare colligitur. quod quia ipse posuit corporeitatis formam de predicamento substantię inseparabilem a materia imitatus in hoc. Auicē. in primo suę sufficientię. Et in secundo suę metaphysice quę erat forma generalis perficiens primitus materiam. Et erat materię primę coheterna ⁊ in tali composito fundabantur dimensiones interminatę quę sunt corpus de predicamento quantitatis tamquam in subiecto vnde vt inquit. Auerr. in. i capitulo de substantia orbis. Auicē. existimauit quod eadem esset dispositio accidentium Terminatorum ⁊ interminatorum non quia opinatus fuerit quod quēadmodum accidentia terminata fundantur in cōpositio ex materia ⁊ forma speciali sic interminata fundantur in composito ex prima materia ⁊ forma corporeitatis quę secundum dum Auicennam erat forma specialis sicut pessime imposuit Auicennę Johannes de Janduno ⁊ sequaces pp verba ista: Auer. male intellecta Nam. Auicen nullibi dixit hunc errorem immo oppositum vt alias declaraui ⁊ Albert. imitatus ad vnguem in hoc oppositū dicit. sed pro tanto dixit. Auer. illa verba quia sicut accidentia terminata fundantur in composito ita voluit etiam. Auicen. quod accidentia interminata fundarentur in composito. pp hoc igitur vult. Alber. quod dimensiones istę cum sint sicut passio in subiecto in tali corpore quod est cōpositum ex prima materia ⁊ forma ista Sbalis corporeitatis quę est prima forma gñalis quod tale subiectum ponitur in diffinitionibus taliū entiū Mathematicorum: Et hoc fundamentum etiā: Auicen. ⁊. Alber imitatur Scotus in sexto suę methaphysicę qōne prima inquiēs Restat ergo substantia corporea cui absolute considerate inest primo quantitas continua ⁊ secundum aliquos discreta: Et mediante quantitate oīa que quantitatem consequuntur vt rōnes fundatę in quātitate: Et qualitates quartę speciei Et istę passiones sunt de ipsa cognoscibiles ex principijs notis via sensus. Ergo ipsa potest eē ⁊ est scientię speculatiue subiectum possibilis nobis alterius a methaphysica ⁊ hec vocatur mathematica: quę lz dicatur de quanto vel quātitate: quia non multū mathematica comparat quantitatem ad substantiam corpoream. Tamē subiectum primum virtute continens omnia ē substantia corporea: hec ille. ¶ Sz mirabile ē de istis viris qui erant in talibus scientijs exercitati ⁊ tamen non est aliquam diffinitionem in venire in geometria nec in arithmetrica in qua appareat tale Sbm quod est substantia corporea. ¶ Nec vz si dicatur vt qñque. Alber. dicere consueuit ⁊ sequaces istorum quod apparet confuse. ¶ Cōtra hec stare non pōt qa artifex specialis debet distinctam cognitionem habere de suo subiecto sub ratiōe speciali qua est subiectum Nam vt dicit. Aristot. in primo posteriorum vna queqz scientia est vnius generis subiecti partes ⁊ passiōes ipsius demostrās atqz considerans ⁊ circa duo versatur quelibet scientia videlicet in cognoscendo quiditatem ipsius subiecti per diffinitionem ⁊ in cognoscēdis proprijs passionibus eius per demostrationem non igitur mathematica scientia esset perfecta scientia in suo genere si suum subiectum in ppria rōne nō cognoscit ¶ Preterea quo

Oppo scoti i vi. sue methaphisi.

Cōfutatio

euasio

Impugnatio

modo possunt isti saluare auctoritatē philosophi in .xij. metaph. textu. Cōmen. xliiij. vbi habet quod mathematicarum nulla de substantia theoriam facit excepta Astrologia: si dicatur quia ipsa distincte ꝑ tractat de substātia. ¶ Cōtra quia distincta cognitio de substantia inquantū substātia non pertinet ad astrologū sed ad diuinū. ¶ Forte dices astrologia facit sola theoriā de substantia sensibili quia meminit de corpore celesti sed mathematicę faciunt mentionem de substantia intelligibili sed si sic dicatur ostēdāt ipsi aliquam ex diffinitionibus libri elementorum euclidis vel aliquam diffinitionem arithmetricę in qua appareat corpus de predicamēto substantię prout dicit formam generalem. Forte dices quia geometrę vtuntur demonstrationibus sensatis in puluere et descriptis in Tabula et per consequens demonstrationes illę presupponunt corpus de predicamento substantię sed hoc nihil mouet quia si hoc aliquid concludit sequeretur quod subiectum earum esset corpus sensibile non intelligibile manifestum est enim per se quod quādo geometrę descendunt ad actum deducendo aliquam demōstrationem sicut communiter contingit quando per doctrinam et disciplinam acquiruntur quod tunc vtuntur corpore aliquo sensibili tamen Talia exempla non sunt necessaria ꝑ scientiam ipse nec de illis verificatur passiones demostratę sed de illis que per illas intelliguntur scripsit enim non rectam geometer rectam assumens in puluere vt dicit Arist. in primo posteriorum: vnde aliud est considerare scientias mathematicas in puritate suę essentię et aliud est cōsiderare illas vt respiciunt possibilitatem et facilitatem intellectus nostri debentis illas adipisci quemadmodum dum per doctrinam acquirit eas vnde credo quod scientię mathematicę purę vt est geometria et arithmetrica solum rimantur quiditates magnitudinum et numerorum et acidentia propria ipsorum nullam prorsus considerationem habentes de substantia nec in genere nec in specie nec confuse nec distincte sed solum considerant magnitudinem et numerum tamquam quasdam essentias per se de nulla alia priori essentia considerantes. Nam si intellectus antiquorū potuit hoc intelligere quare nos hoc non possumus vnde videtur mihi quod ista fuerit mens Arist. in principio quarti primę philosophię textu. Com. i. qui voluit vnā dari sciam vniuersalē quę consideret ens inquātum ens et accidentia que enti insunt inquantum ens alię autem scientię quę sunt particulares abscindunt quandam partem entis circa quam speculantur ipsum accidens vnū vt dicit comen. ibi in. Cōm. geometer accipit magnitudinem et de magnitudine cōsiderat et demostrat accidentia propria et sic arithmetrica abscindit numerum manifestum est autem quod si istę scientię haberent pro subiecto substantiam corpoream quod hoc nō esset abscindere partem entis ab ente quia istę considerarent de accidente et de vero ente quod est substantia: vnde videtur mihi sine preiuditio melioris et sanioris sententię quod arithmetrica sumit numerum non curando an sit substantia aut accidens nec vtrū sit in substantia corporea aut incorporea sed solum essentiam numeri per intellectum rimatur inquantum numerus est et secundum imaginationem rimatur omnia propria que fluunt a numero aliter considerato et ita facit geometer de magnitudine. ¶ Et cōfirmatur quia considerare de numero an sit substantia aut accidens non pertinet ad arithmetricum inquātum arithmetricus est quia substantia et accidens sunt de differentijs entis inquantum ens vt dicit. Cōmē. ij. phisicorum. Cōmē. iiij. et. vij metaphisicę in prologo suo et est sententia. Ari. v. et. vi. met. phisicę vbi diuidit ens in substantiam et accidens. Et ista fuit mens Auer. et antiquorum peripatheticorum sine dubio vt colligitur ex. Cōme. lx. tertij phisicorum precipue quia ipse non ponit formam corporeitatis substantialem coheternam primę materię vt posuit auicenna: Bene verum est quod istę scientię quādo per doctrinam traduntur tunc quia vt inquit philosophus in secundo priorum exemplis vtimur non vt ita sint sed vt audiāt qui adiscunt secundum hoc vtuntur ipsa substantia corporea sensata describentes figuras in puluere vel in tabula ne videatur tibi mirum hoc quia multa non sunt necessaria in scientia in natura suę puritatis considerata que tamen expediunt et sunt vtilia adiscenti et cupienti adipisci scientiam sicut enim inquit. Aue. in principio sui colliget. Diuisiones non sunt necessarię in scientia sed aducuntur ꝑ debilitatem virtutis discretiuę scolarium et sic est de exemplis et multa alia sunt in scientia que non sunt de substātia eius sed ad bñ esse. ¶ Quod fecit istos sublimes viros in hoc deuenire fuerūt tria meo iudicio Primum quia posuerunt primam formam in prima materia primitus existentem esse formam corporis de predicamento substantię Secundū vero quia crediderunt quod quantitates considerate in scientia mathematica considerantur vt sunt proprietates talis substātię Tertium fuit quia viderunt huiusmodi scientias vti plerumque ipsa substantia corporea dum traduntur per doctrinā. ¶ Sed primum nō est Aristo. dictum nec Auer. vt alibi demostratum est per nos. Secundum etiam falsum est quia mathematicus non habet considerare quantitatem vt est passio substantię sed hoc pertinet ad artifices de substantia considerantes iam vt sunt passiones substātie inquantum substantia pertinent ad diuinum vt autem sunt passiones substātie sensibilis trāsmutabilis pertinent ad philosophum naturalē sub rōe illa gñali vt sunt substantię mobilis in speciali aūt vt sunt in sbā sensibili determinata puta in

Motiuū opinionū

Impugnatio

puta in celo ad vtrãq; ad naturales ⁊ ad astrologum alio tamen ⁊ alio modo vt patet in secũdo physicorum textu cõmen. xvij. xviij. sed scientie mathematice pure vt geometria ⁊ Arithmetrica non considerant de istis nisi vt sunt essentie quedam particulares de quibus tanq; de subiectis ista demostrãt. ❡ Amplius ad principale propositum nostrum quod posterius per intellectum possit circũscribi a priori quod nõ est de quiditate eius ostenditur per Ari. in predicamentis qui docens modum assignandi correlatiua propria inuicem dat artem circumscribendo omnes rationes aduentitias reseruando proprias rationes relatiuorũ si eis remanentibus circumscriptis omnibus alijs rationibus que accidunt illis inquantũ relatiua sunt si talia inuicẽ referantur ⁊ si illis ablatis alijs positis tollatur relatio illa sunt vera relatiua ⁊ ita circumscribit a domino ⁊ seruo rationẽ hominis ⁊ per consequens rationẽ quãlibet que accidit dño vt dñs relatiue dicitur ad seruum manifestum est autem quod ẽt substantia accidit domino inquantum refertur ad seruũ ecce igitur qđ in casu intellectus põt circũscribere accidẽs a substãtia sicut vides quia põt diuidere q̃ sunt coniuncta in esse ❡ Preterea hoc ẽt habet concedere. Scotus in doctrina sua. Naz certum est quod prima entitas in diuinis est essentia diuina ⁊ est simpliciter prima ⁊ tamẽ ipse circumscribit per intellectum entitatem relationis que est posterior a ratione essentie inq̃stione quinta quolibetorum articulo primo in fine vbi querit quomodo sit intelligẽdus titulus questionis dum queritur an relatio originis in diuinis sit formaliter infinita: Inquit .n. qđ hoc non est querere si relatio est eadem realiter alicui infinito de quo non est dubium communiter loquendo: quia realiter est eadem essentie Nec etiam est querere: si relatio sit per idemptitatem illud infinitum: sed est querere si relatio formaliter hoc est secundum suam entitatem propriaz que est entitas ad alterum sit entitas infinita intensiue infinitate illius entitatis hoc est si entitati proprie huius paternitatis vt est entitas propria huius paternitatis sit infinitas intensiua modus intrinsecus per se. Ita per se intrinsecus quod non ratione tantũ alicuius alterius quod sit realiter illi entitati idem. Sed non includendo aliquam entitatem nisi istã immo circumscribendo quodlibet preter istam ad alterum adhuc esset ẽtitas illa que est ad alterũ intẽsiue infinita in se ipsa: ❡ Amplius scire debes quod posterius non potest abstrahi a priori in cognitione distincta fallit aũt in cognitione confusa colligitur hoc expresse ex mente philosophi in primo physice auscultationis textu cõmenti .v. vbi habet quod diffinitum est prius notum quo ad nos quam partes diffinientes. Et lucidissimus Themistius primo posteriorum in cap. secundo inquit. Neq; enim vllum tam stupidum mancipium est modo eades nobiscum lingua sit quod audiens hemi nem rogari equum adducat aut circulum posci caligam afferat quid tamẽ res ille sint ⁊ qđ illis esse non nisi exercitatissimi facile tradiderit de promptu que est. ❡ Sic igitur posterius a priori quod est de quiditate eius ⁊ duz distincte cognoscitur per intellectum absolui non potest intellectu completo quietante animum/ qđ dico propter accidentia que dum considerãtur vt passiones substantie distincte cognosci ⁊ diffiniri nequeũt sine ꝓprijs subiectis/ licet vt essentie quedã in proprijs generibus dialectica diffinitione diffiniri possunt vt tenuit egregius Ari. in primo topicoꝝ textu. vij. ⁊c̃.

Scotus in quinta questione quolibetorum. Articulo primo

Secunda limitatio.

Themistius.

Summa: Totius. Limitationis.

❡ Substantia est prior ratione natura cognitione ⁊ tempore.

Propositio Octaua.

Vulgata satis auctoritas est in .vij. prime philosophie in textu cõmen. iiij. ⁊ a paucis bene intellecta: sed intellectus verus ni fallor est vt scribit. Cõmen intelligendo ipsam de quiditate substãtie vniuersalis generabilis ⁊ corruptibilis. Nam vt scribit ipse in prologo super. vij. methaphysice cum substantia alia est abstracta ⁊ separabilis alia inseparabilis perscrutatur in hoc tractatu ⁊ in sequenti de substantijs inseparabilibus id est in septimo ⁊ in octauo methaphisice/ vnde ab. Ari. in ix. methaphysice textu cõmen primi/ isti duo libri appellantur tractatus de substantia ⁊ de ente. Et per hoc vt vides cessant argumẽta. Scoti ⁊ Antonij Andree de accidentibus ipsius celi ⁊ vniuersaliter de eternis substantijs quia d talibus non est sermo. Substantia igitur talis est prior ratione id est diffinitione respectu accidentium quia in diffinitione accidẽtium debet poni proprium subiectum vt docet Ari. in tex. cõmen. xiiij. ⁊ xvij. Et ratio est quia illud quod est constitutiuũ alicuius debet poni in diffinitione eius sed accidentia constituuntur per substantiã ergo debent diffiniri per ipsam. substantia aũt nõ constituitur per accidentia ⁊ est ratio Cõmentatoris in cõmen. iiij. Accidentia enim vt scribit Cõmentator. iiij. methaphysice constituuntur per substantiam saltem in genere cause materialis sicut etiam nos superius declarauimus. ❡ Substãtia ẽt precedit cognitione accidentia/ nam substãtia demõstrata que est verissimum ens ⁊ manifestum ⁊ concessum ab oĩbus vt inquit Cõmentator cõmen. ij. ⁊ iij ⁊ .v. Melius notificatur per predicata quiditatiua substãtie quam per predicata vniuersalia de genere accidentiũ Et regula est quod in hijs que sunt citra primum in aliquo genere ordo eorum attenditur penes accessum maiorez vel minorem ad primum quia igitur in hac diuisione qua diuiditur hic ens in substanciam ⁊ accidens simpliciter primum sit prima substan

tia volo enim contra vulgares ꝙ deus ⁊ in/
telligentię sunt principiū ⁊ causa talis entia ex
tra animam diuidi in substantiam ⁊ accidēs ⁊
non sunt partes subiectiuę vt alias infra osten
dam ⁊ vt inquit. Comen. iii. vij. metha. Comen.
ij. manifestum est per se qđ indiuiduū predica/
menti Substantię precedit indiuidua aliorum
predicamentorum quia igitur quiditates de p̄/
dicamento substantię sunt magis intimę primę
substantię quā sunt quiditates accidentiū ideo
Substantia sic est cognitione prior nec obstat
si dicatur contra istam expositionem comenta/
toris quia non videtur ad mentem philosophi
quia conclusio ista a philosopho in textu ꝓponi
tur quod Substantia simpliciter est primū rōe
cognitione tpe ⁊ nā: ⁊ non in ordine ad substan
tia primam ⁊ hoc forte fuit in causa qđ Sco
tus ⁊ Antonius Andreę aliter formant istam
rationem ibi volunt enim ꝙ philosophus isto
modo deducat illam ad hunc sensum quod co/
gnitio substantię via perfectionis est prior Maȝ
cognitio ipsius quod qd est est perfectissima vt
dicitur in textu quod ergo maxime habet qđ
quid est: est maxime cognoscibile sed substantia
habet perfectissime quod quid est ergo est per/
fectissime cognoscibilis Maior patet quia etiā
in his que non habent simpliciter quod quid ē
vt sunt accidētia perfectissima est eorum cogni
tio quando cognoscitur quid eorum eo modo q̄
habent quid. Tamē minor adhuc a philosopho
non est probata nec est euidens de se. secunduȝ
istam deductionem quia nō est adhuc declara
tum. an quid substantię sit simpliciter ⁊ aliorum
sit per additamentum sed quicquid sit de hoc
expositio comentatoris saluari potest quia ex h̄
quod substantia est cognitione prior accidente
in ordine ad primam substantiam sequitur qđ
simpliciter ⁊ absolute sit prior. Nec est fallatia
a secundum quid ad Simpliciter quia in his
que sunt citra primum ordo eorum in illo gñe
simplr est ex rōne primi in tali ordine. Sba ēt
talis vt tradit. Comen. si ꝯparas ad accidētia
separabilia clarum est quod ista precedit tem/
porę talia Accidentia cum non semper perma
neant in illa si vero fuerint inseparabilia saltem
sunt posteriora tpe materia quę est pars inte/
gralis Substantię demostrare Nam licet ignis
nō sit prior Tempore sua caliditate quę est acci
dens inseparabile ab ipso est tamen mā ignis
prior ⁊ ipsa Forma ignis ⁊ sua caliditate Nec
oportet exponere prioritatem Temporis prout
exposuit Scotus in. vij. suę methaph. questiōe
secunda inquit enim quod tempus hic nō acci
pit vt diffinitur quarto phisicorum quia primi
tas temporis est substantię inquantum substan
tia est: sed huiusmodi non est esse in tempore qa
tempus non est mensura nisi motus ⁊ quietis
⁊ eoruȝ que sunt in motu ⁊ inquiete: substantia
autem fm se non est talis: nec accipitur pro qua
cumqȝ duratione extēsa successiua alia ab eēn
tia rei. quia de illa esset questio: quia tunc substā

Expō scoti in vij. me taphisi ce. q. ij

tia posset precedere illud cum sit accidens ei ⁊
precederet illud duratiōe Et quero de illa ⁊ sic
in infinitum. tunc dicitur: prius tempore eē qđ
potest separatim esse sine alio ⁊ aliud non sine
illo quia sic dicit philosophus in litera: isto mo
do omnis substātia est prior omni accidēte vno
modo: alio modo non esse ergo prius tempore
est posse habere existentiam Actualem prioreȝ
alio siue sine alio quantum est ex se. ita scilicet
qđ sibi non repugnat quia in nullo ab illo alio
dependet: Et hoc satis potest dici prius natura
nihil enim est sic prius natura qđ non sit sic pri
us ⁊ tempore. quod autem sic possit precedere
ostenditur dupliciter: vel quia non dependet ab
illo. vel quia non est causa necessaria respectu
illius ⁊ ꝙ hoc sit verum patet ex oppositis
eorum quia si non potest separari hoc est vel qa
dependet ab illo: vel quia non est causa necessa
ria respectu illius: Dico quod substantia respe
ctu accidentium separabilium est prior vtroqȝ
modo comparata respectu passionis est separa
bilis ⁊ prior vno modo quia non dependet: sed
non inquantum causa quia habet necessariam
causam huiusmodi intra essentiam suam ideo
non est separabilis illo modo. s. inquantum est
causa accidētis hec ille. Sed ista expositio sal
ua reuerentia non videtur quod sit de mente
philosophi ibi tunc quia. Aristoteles in textu re
memorat multiplicem acceptionem prioris ⁊
non nisi illam quam posuit in quinto metaphisi
cę in Capitulo de priori inquit enim Quare pri
mum ens ⁊ nō aliquod ens sed ens simpliciter
substantia vtiqȝ erit. Multipliciter quidem
igitur dicitur primum: sed substantia omnium
primum ratione notitia ⁊ tempore ⁊ natura
Manifestum est autem quod in quinto metap.
in distintione prioris prioritas temporis non
sumitur pro prioritate naturę immo est modus
ille distinctus Nam ibi inquit Alia sunt priora
secundum tempus hoc quidem enim eo quod
remotiora nunc ut in factis priora namqȝ troi
ca medis quia remotiora nunc. hoc autem eo
quod propinquius nunc vt in futuris priores
enim propterea ludi iouis ludis appollinis
esse dicuntur: quia propinquius nunc: oportet
igitur ꝙ eodem modo vtatur istis mod is si/
cut vsus fuit in distintione quam rememorat
Amplius esset nugatio ⁊ superfluitas in sermo
ne philosophi quia dicitur ꝙ substantia est
prior tempore ⁊ natura ergo si per prioritateȝ
temporis itellexit illam taliter descriptam que
eadem est cum prioritate naturę vt ipsemet fa
tetur superfluus ergo est sermo eius confirma
tur quia nomina sinonima non vsitantur in do
ctrina demostratiua vt dicit Comenta. primo
phisicorum in. Comento primo Et primo celi
Comen. primo forte dicea ꝙ vsitantur ad
exponendum vt dicit. Comen. quarto phisicoꝝ
Comen. xlv: Sed ꝯtra hoc stare non potest qa
licet vbi nomina sinonima ita se habent quod
vnū sit notius altero notius potest adduci post
ignotius vt

Impugnatio

ignotius et sermo sit clarior tñ in textu greco et nostro adducitur immediate post prius tempore prius natura: patet autē quod prius natura non est notius prius tempore. ¶ Amplius non est consuetudo phylosophi in scientijs et locutionibus methaphoricis et abusiuis in hoc. n. ipse plerumqꝫ damnauit Platonem: et in ij. posteriorum docuit non esse definiendum neqꝫ disputandum in methaphoris vnde Comen. p. celi et mūdi comen. cv. et cvi. inquit quod Arist. increpat Platonem et sequaces qꝛ aut male sentiunt aut male doceat accipere igitur prioritates tempore pro prioritate nature est abusiue loqui quod non lꝫ in scientia presertim altissima qualis est scientia diuina vnde lucidissimus Themistius primo de anima cap. xx. inquit sane dubitari nō potest Platonem ex hijs dialogis quos scriptos reliquit animam esse corpus putasse. Alioquin nec Arist. contra Platonem inuehitur: sed contra Timeum qui siue corpus circulum crediderit: siue quomodo corpus esse non crediderit crederetur a mi ei appellare collibuerit: certe reddere rationem debuit: aut cur ita sentiret: aut cur nomine abuteretur: presertim quum non sit equum in altissimis philosophie questionibus aliud dicere: aliud sentire. Cū enim semper res digna homine est ne a mente verba dissentiant: tum id maxime in verbis obscuris et creperis maxime obseruandum quo ea que suopte ingenio remota et condita videntur: verbis illustribus et quā maxime pōt declarantibus vendicentur a tenebris hec Themistius. ¶ Amplius si Aristoteles sumeret prioritatem temporis pro prioritate nature incideret in foueam quam secitqꝫ ipse increpat Platonem de generatione mundi qui dixit quod partes mundi inordinate precesserunt generationem mundi qꝛ non distinxit Plato inter prioritatem nature et prioritates temporis sicut dicit expresse Comen. iij. celi comen. xxv. ¶ Silr quod arguunt de substantia celi que accidentia sua tempore non precedit nihil est qꝛ vt inquit Comen. p. celi et mundi in comen. cvi. quod innatum est inueniri in tēpore non hꝫ sine tempore esse. Et quod non est innatum inueniri in tempore: non hꝫ prius et posterius nisi fm esse: quod est de liniis cum figuris et magis de rebus abstractis: qꝛ si aliqua est generatio in rebus non temporalibus: ibi nō sunt rea priore et esse tantum. Et hoc idem hꝫ expresse in. ij. cap. de substantia orbis: et vt dixi Arist. loquitur de substantia generabili in. vij. et viij. methaphysice. ¶ Amplius si subiectum secundum Scotum respectu proprie passionis pt esse secundum se sine illa quia non dependet ab illa licet non possit esse sine ea quia est causa aut habet causam intra se necessariam respectu illius tunc non esset omnimoda contradictio subiectū non posse esse sine ppria passione sed secundum aliquem respectum et ita contingeret quod demonstratio non esset simpliciter necessariorum et eorum que simpliciter aliter se habere non possunt sed solum secundū quid. ¶ Amplius subiectum vt est causa vel habens causas est prius natura propria passione sed secundum expositionem Scoti vt supra visum fuit prius natura in eo quod prius potest esse in re sine posteriori: ergo vtroqꝫ modo subiectum posset eē sine propria passione quod nullus vnquaꝫ neqꝫ somniare potuit. ¶ Et qꝛ non est nobis preclusa via ad philosophandum: aliam expositionem do ad auctoritatem phylosophi quod concedēdo id quod verum est in sequod in septimo et octauo agatur de substantiis corruptibilibus in talibus autem accidentia sint in duplici differētia separabilia et inseparabilia Arist. in littera ponit tempore et natura tunc dico quod substantia ipsa separabilium accidentium comparatione est prior tempore respectu autem inseparabilium est prior natura: quia non credo illa duo ab re fuisse posita ab Aristotele in littera quia vt inquit Comen. p de generatione et corruptione primus magister mundꝫ credit aliquid dixisse sine ratione et ita est de quolibet verbo eius. Cum igitur textus habeat prioritatem temporis et nature oportet igitur quod non sine causa ponantur illa verba et mirum est quomodo expositores non animaduertant ad hoc. Nam textus ponit quadruplicem prioritatem secundū rationem: fm cognitionem fm tps et secundum naturam. Si teneatur igitur ista expositio non crede contra eam posse demonstrari.

Themistius. Expō ppria.

¶ Forma est prior materia et eadeꝫ ratione est prior et magis ens composito ex vtrisqꝫ.

ppō. x

Septimo prime philosophie textu comenti. vij.

Propō prima: ꝫ modemonst

NOn intelligitur Quod forma sit prior materia qꝛ operatio forme et modus operandi sit prestantior operatione et mō operandi materie et ꝗ da somniauerunt abusiue enim esset et absurda nimia comparatio ac si nix et coruus in albedine compararentur: qualiter enim materia cum forma in operationibus comparari possunt cum materia de se nullam habeat operationem ita primo de generatione et corruptione tex. comē. lx. Materia secundum quod materia passiuum idem. xij. metha. tex. comen. xxx. vnde quemadmodum dicit Comen. ix. metha. comen. ij. in diffinitione cuiuscumqꝫ potentie passiue sumitur diffinitio potentie passiue prime materie ita in diffinitione cuiuslibet potentie actiue sumit diffinitio actionis prime forme. Ista enim sunt duo extrema latitudinis entium prima forma et prima materia iuxta illud Auerroys duodecimo methaphysice comento decimo octauo omnes forme sunt in potentia in prima materia et sunt in actu in primo motore: vnde sicut in prima forma que est Deus gloriosus

Mā qua mā passiuū

nulla prorſus eſt paſſio ſicut ſcribit. Comenta. tertio de anima in comen. v. in ſolutione tertie queſtionis ⁊ in comen. xiiij. Sic in prima materia nulla prorſus eſt actio vnde Comen. in libro deſtructionum in diſputatione. vi. in ſolutione ſexti dubij inquit q̄ phyloſophi poſuerūt ſignū ſubiecti ex paſſionibus ſicut ſignū forme ex operationibus impoſſibile enim ē q̄ actio ⁊ paſſio ab vna ⁊ eadem natura procedant quapropter diffinientes dixerunt q̄ oīa corpora compoſita ex duabus naturis ɔponuntur. ſ. ex agente ⁊ patiente. ſ. ex materia ⁊ forma. Nuncupatur. n. agens ſubſtantia ⁊ quiditas ⁊ nuncupatur patiens ſubiectum elemētum ⁊ materia. Nec obſtat dictū Comen. ꝑ celi ⁊ mundi comē. xx. vbi ſcribit q̄ operatio iſtius potentie que eſt ex ea ſimilis ei que eſt abſciſſio ex acumine gladij eſt generatio ⁊ corruptio nam hoc non eſt verū niſi vt ſubiecti generatio. n. ⁊ corruptio ſunt operationes agentis generantis ⁊ corrumpentis quēadmodū dicimus q̄ motus ē actus mobilis vt ſubiecti tñ dr̄ eſſe actio ⁊ operatio motoris ⁊ ſic trāſmutatio ſubſtantialis eſt actus ſubiecti tranſmutabilis tñ eſt actio ſeu operatio ipſius tranſmutantis vt bene determinatum eſt in. iij. phyſice auſcultationis: ¶ Amplius pfectio entiū ⁊ formarū non attēditur penes perfectionem operationū primo ⁊ principaliter ſed a poſteriori ⁊ a ſigno ex nobilitate operationum arguimus perfectiones formarū.

Poſitio vera.

¶ Dicamus igit q̄ iuxta doctrinam Ariſt. in. ij. prime philoſophie vnūquodq; eſt maxime tale ꝑ q̄ alijs ineſt vniuocatio ⁊. x. methaph. tex. com. vii. in oī genere eſt vnū primum quod eſt metrum ⁊ menſura oīum in illo genere exiſtentium ⁊ vt inquit Comen. ſic in genere ſubſtātie eſt vnum ꝑncipium primū ⁊ iſtud eſt deus glorioſus qui eſt principium tamq̄ forma ⁊ finis oīum q: igitur deus glorioſus ē actus purus ⁊ eſt metrum ⁊ menſura oīum entium ⁊ ſubſtantiarum quatenus entia ⁊ ſubſtantie ſunt penes approximationem ⁊ receſſum attenditur principaliter entitas ⁊ perfectio rerū tamq̄ circa primaȝ regulam a qua primo venamur huiuſmodi differētia entium vnde inquit Comen. ij. celi ⁊ mundi comen. lxiii. diſtantie entium ſunt valde diuerſe in hoc ⁊ Ari. in ꝑ celi ⁊ mundi textu com. c. A primo inquit principio cōicatuȝ eſt eſſe ⁊ viuere oībus hus quidem clarius his vero obſcurius q: igit forma ſubſtantialis eſt imago quedā ⁊ participatio prime forme ipſa magis participat de entitate ⁊ prius quā ipſa materia que ex natura ſua eſt multū remota ⁊ elongata ab actualitate ⁊ ipſa in tm̄ participat de ꝑfectione primi principij ⁊ actualitate eius inquantū recipit formā que eſt actus participans de ꝑfectione que eſt ꝑ eſſentiā in actu ſimplr ꝑ ⁊ hoc expſſit ſolertiſſimus nature rimator Ari. ꝑ phiſice auſcultationis dū dixit exiſtente. n. quodā diuino ⁊ optimo ⁊ appetibili vbi Comen. in com. lxxxi. inquit q: priuatio accidit materie ex neceſſitate ⁊ ē hic perfectio diuina maxima: cui oīa entia appetūt aſſimilari ⁊ ex qua appetunt acquirere ſm q̄ natura eoꝝ poteſt recipere dicimus nos q̄ materia ſm q̄ accidit ei priuatio eſt innata appetere ſe aſſimilari p̄mo principio ſm q̄ pōt ⁊ hoc eſt appetere receptionē forme ⁊ ꝑp hoc dicamus cum omnibus ſapientibus q̄ prima ɔcluſio ꝓpoſita oſtēditur iſta rōne nā cū forma ſit actus ⁊ materia ſit potētia ⁊ actus ſimplr eſt prior potentia ideo forma eſt magis ens ⁊ perfectius eius q̄ materia ⁊ in hac deductione ɔcordat cum Auerroe Albertus ſanctus Thomas ⁊ Scotus. ¶ Sed in. ij. ɔclōne in qua dr̄ q̄ eadem rōne forma eſt prior ɔpoſito eſt nō parua difficultas Albertus ⁊ Thomas ⁊ Scotus videntur in hoc eſſe ɔcordes nam cū forma ſit prior materia que quidem materia cum ſit principium ɔpoſiti prior eſt ɔpoſito eadem rōne forma erit prior ɔpoſito q: qcquid eſt prius ꝑore eſt prius poſteriore: ¶ Sȝ ꝯ iſtam deductionem arguitur q: videtur argumētum procedere ex quatuor terminis nam non eſt eadem prioritas materie reſpectu ɔpoſiti que eſt reſpectu forme ad materiam nam ſi materia eſt prior cōpoſito non eſt niſi q: eſt principium ⁊ pars ɔpoſiti forma aūt neq; principium neq; pars ē ipſius materie.

Cōtra deductores Alber. Tho. ⁊ Scoti.

¶ Amplius mā eſt prior ɔpoſito ꝑoritate generationis forma aūt non eſt prior materia via generationis nam vt inquit Comē. vii. metha. comē. iiii. materia ignis eſt prior tēpore caliditate ⁊ forma ignis ⁊ eſt ratio quia materia eſt ingenerabilis ⁊ icorruptibilis forma aūt quelibet educta de potentia materie corruptibilis ē: ¶ Nō ſi dicas forma ē prior cognitione materia ⁊ materia eſt prior cognitione compoſito

Euaſio.

¶ Hoc iterum ſtare nē pōt quia licet forma ſit prior cognitione materia: materia tamen ſecundum ſe ignota eſt: vt dicit Ariſt. vij. metha. tex. com. xxxv. nec ſecundum ſe eſt principium cognoſcendi compoſitum niſi vt ſtat ſub forma

Impugnatio

¶ Forte dices q̄ materia eſt prior ratione compoſito: q: in ratione compoſiti ex materia ⁊ forma ponitur tam materia quam forma vt patet primo de anima tex. comē. xvi. ⁊ ſeptimo methaphiſice textu. com. xxxvij.

Euaſio

¶ Sed contra q: tunc forma non eſt prior ratione materia iſto modo vȝ quod forma ponitur in diffinitione materie ⁊ materia non ponitur in diffinitione forme nam materia ⁊ forma vt ſunt relatiua ⁊ a naturali ɔſiderantur mutuo ſe diffiniunt vnde in diffinitione aīe ponitur corpus

Impugnatio

¶ Si dicas materia eſt prior perfectione compoſito q: cauſa ē perfectior cauſato ⁊ ſic forma eſt perfectior materia ¶ Sed hoc ſtare non pt̄ q: nec ipſi concedunt materiam eſſe perfectiorem compoſito tum etiam q: illa propoſitio cauſa eſt perfectior cauſato fallit in cauſa materiali ſimiliter in cauſa integrali eiuſdeȝ rationis vt ſunt partes quātitatiue reſpectu totius vt dicam infra cum de cauſa loquar: Et ſi dicas mā eſt prior nā ɔpoſito ſic & forma eſt prior natura mā Sed cōtra prioritas nature aut eſt ſm viam pfectiōis aut ſm viaȝ generationis ⁊ q̄ñcūq; dicatur nunquaȝ inuenies eadem prioritate qua materia precedit cōpoſitum

Quō ſi ſit vera ſimplr ppō dicens q̄ cā eſt pfectio cāto.

dit compositum eadem prioritate formam esse priorē eodē modo respectu materię. Preterea neqꝫ materia pōt eē sine forma neqꝫ forma sine materia .ij. ph. xxvi. sunt enim relatiua. Et ideo dicamus cum Auerroe qꝛ dixit consequenter iuxta principia iacta quod eadē rō ꝛ causa qua forma erat prior ꝛ magis ens quam materia eadem est propter quam est prior composito: ꝛ est actualitas ipsius. Nam compositum non est in actu nisi pp formam quēadmodum ꝛ ipsa materia ꝛ ideo eadem causa ꝛ ratione forma est prior vtroqꝫ nec aliter dici pōt vniuersaliter .n. vt dicit Comentator dispositio eadem inuenta in causa ꝛ in causato si in causato fuerit inuēta propter causam de causa dicitur simpliciter ꝛ p prius ꝛ de causato dicitur per posterius ꝛ ſm quid .vij. metha. comen. iij. ꝛ .viij. metha. comē. vij. illud .n. est maxime tale pp quod aliis inest vniuocatio. ¶ Nec valet rō Scoti ꝛ Antonii Andreę quod cum compositum vltra formam contineat materiam plus perfectionis cōtinet composita substantia ꝙ materia. ¶ Tum qꝛ cōpositum oēm perfectionem quaꝫ hꝫ habet a forma non a materia ſm peripatheticos ꝛ imꝑfectionē a materia contrahit perfectio enim insequitur actum qui est forma ꝛ quiditas ꝛ nō insequitur actū entitatiuum vnde si materia hꝫ aliquā perfectionem hꝫ eam vt recipit formam sicut scribit Arist. ꝛ expresse Comen. in ꝙ phys. tex. comen. lxxxi. ¶ Tū dato quod aliquam perfectionem haberet illa virtualiter ꝛ nobiliori mō continetur in ipsa forma vnde sicut dicūt Theologi sicut Deus ꝛ creatura non dicunt plus perfectionis ꝙ deus solus sic forma cum materia non dicit plus perfectionis quaꝫ forma sola vn̄ ēt ipse Scotus in .v. q. quolibetorum articulo .ij. dicit quod quandocūqꝫ plura bona excedūt in bonitate vnum bonum ꝛ hoc qn̄ in quolibet illorum pluriū est equalis bonitas sicut in vno illorum sunt maius bonum ꝙ illud vnum: ꝛ ita ꝓbat quod si essent plura infinita possent excedere in bonitate vnum solum infinitum ꝛ ita illud nō esset infinitū: ꝛ si dicas quod sic argueretur qꝺ deus ꝛ creatura excedunt deum non valet: tum qꝛ quodlibet illorum non est ęque bonum cum vno illorum: ꝛ idem est: quod bonitas cuiuscūqꝫ illorum alterius ab illo vno eminenter continetur in illo vno ꝛ ideo ipsum cum illo vno bono acceptum non auget nec excessum facit super illud bonum in se oppositum est in hypothesi qꝛ ibi vnum bonum non continetur eminenter totaliter in altero qꝛ hoc est contra rationem infiniti hec Scotus ꝛ ita iuxta principia sua solui pt argumentum contra Auerroem sicut videos sed prima solo magis est de mēte eius ¶ Sed instatur subtiliter quod compositum sit perfectius qꝛ .ij. phys. tex. com. xxxi. quod aūt est cuius causa potissimum ꝛ finis alioꝝ voluit esse sed materia ꝛ forma sunt pp ꝯpositum vt pꝫ quia ista est intentio agentis vnde Comen. in .ij. de aīa comen. xxxvij. inquit qꝺ anima ꝛ corpus sunt pp corpus animatū Amplius Comen. xij. metha. in comē. xv. dicit qꝺ compositum sit maioris nobilitatis ꝙ materia ꝛ forma. ¶ Ad hec rndet ꝓ Auer. qꝺ finis vt dicit Ari. in .ij. de aīa tex. com. xxxv. ꝛ .xxxvij. est duplex cuius gratia ꝛ cui: exēplicā in moralibus est duplex finis vꝫ felicitas ꝛ ē cuius gratia oīa expetuntur: alter finis est hō cui parari dꝫ illa felicitas silr ēt in medicina sanitas est finis gratia cuius vocatur medicus ꝛ actionum medici. Alter finis est ęgrotus cui paratur sanitas finis igitur qui est nobilior ordinatis ad finem est finis cuius gratia. Non aūt hꝫ locum de fine cui precipue qn̄ ordinatum ad talem finem ordinatur ad perficiendum illud ꝛ non vt ꝑficiatur ab illo ita forma ꝛ materia sunt pp ſbam ꝯpositam tanꝗ̄ pp finē non cuius grā sed cui ꝛ ita dicit expresse Comentator in tali ꝓposito qꝺ aīa ꝛ corpus sunt pp corpus animatum: ꝛ forma non ordinatur ad ꝯpositum vt ꝑficiatur a ꝯposito sed vt perficiat illud ꝛ ideo est ꝑfectior illo ¶ Sꝫ dices imo forma vr̄ perficere ꝯpositū qꝛ vltra ꝓpriū esse cū esse compositi qꝺ cōicatur formę ꝛ materię quę dicuntur generari ꝛ existere ad existentiam ꝛ generationem cōpositi. ꝛ ita male dictum fuit qꝺ forma nullam ꝑfectionē recipit a ꝯposito. ¶ Dicimus nos qꝺ non oportet multiplicare entia sine necessitate apud peripatheticos presertim qui studuerunt quoad eius fieri potuit preferre paucitatē multitudini vbi apparentia saluari pn̄t sic .n. Ari. ꝙ physicoꝝ preposuit opinionem empedoclis ponētis principia finita opinioni Anaxagorę ponēti principia infinita vt patet tex. com. l. Dico vt inquit diuinus Boetius in libro de vnitate ꝛ vno oē esse in rebus creatis est a forma quod ēt describentes phylosophi dixerunt esse est existentia formę in materia ꝛ ista fuit opinio omnium antiquoꝝ peripatheticoꝝ vnde infinities Themistius Alexander ꝛ Comen. dicunt a forma est esse ꝛ vnum esse. Dico igitur qꝺ esse actu qꝺ hꝫ tam materia ꝙ substantia ꝯposita est ab ipsa forma cui debetur tale esse ꝑ essentiaꝫ: ſꝫ materię ꝛ ꝯposito debetur ꝑ participationem vn̄ sicut nō alio calore calet calor si calere dici pōt ꝛ lignum calidum sed eodem sed ipsi calori ꝑ essentiā cōpetit naꝫ rectius dr calor est calor ꝙ calor calet sic non alio esse existit ꝯpositū ꝛ alio forma sed vno ꝛ eodem vnde falsa est imaginatio qꝺ alio eē existat ꝯpositū ꝑ se ab illo qꝺ hꝫ a forma nec alio esse distincto ab eē formę ꝯpositū terminat generationē ſꝫ est vnū ꝛ idē licꝫ nō sit eadē entitas sicut ēt de materia quę licꝫ sit diuersa entitas ab entitate formę nō tn̄ hꝫ eē actuale nisi a forma volo igit qꝺ illaꝝ triū ſbaꝝ vnū sit esse qꝺ formę est ꝑ essentiā alijs aūt ꝯpetit ꝑ ipsam ꝛ mirū est de viris illustribus quō nō viderūt hoc ꝛ presertim in via Comētatoris ꝛ ita hū̄ intelligis modo demonstrationē Arist. qualiter eadem ratione qua forma est prior materia eadē rōne est prior substantia ꝯposita qꝛ oē eē actuale qꝺ ꝯpetit materię ꝛ ꝯposito est a forma: sed qꝛ viderunt denominationē istā dici de ꝯposito ꝛ nō de forma qꝛ ꝯpositū dꝛ ꝑ se existere iō crediderūt aliud eē hic qꝺ

Ratio Scoti

Prima solutio

Secūda solutio

Instantie pulcre ꝯ Auer.

Solo.

Dubitatio.

Solo.

positum ab esse quod recipit a forma. Sed non
viderunt quod tale esse nobiliori modo compe
tit forme quia denominationes proprie sunt in
participatiue habentibus formam non autem in
his que sunt per essentiam vnde rectius deus di
citur quiditas alia autem dicuntur habere qui/
ditatem vt dicit. Com. l. vi. disputatione contra
Algazelem in solutione. xviij. dubij. forma itaque
non dicitur recte existens sed existentia est enim
quo omne existens existit in hijs materialibus
Ad auctoritatem dico vt patet. Com. ibi loquitur
ex mente. Alex. Et si quis inuenitur. Comen. dixisse
compositum esse magis ens debet intelligi quan
tum ad famositatem non quantum ad rei veri/
tatem vnde vt dicitur in. vij. metha. tex. com. viij.
non est manifestum per se formam esse substan/
tiam antiqui enim materiam solum dicebant esse
substantiam ex ratione ibi aducta vnde conclu
dit philosophus ibi ex his ergo speculantibus
accidit substantiam esse materiam. & Comen. i. ij.
phisi. in. com. ix. hoc idem asserit ex intentione
Alexan. vnde. Com. dicit in. vij. metha. com. ij.
quod indiuiduum substantie est prius indiuiduis
aliorum predicamentorum & hoc est manifestum per se
& in. Com. v. eiusdem inquit quoniam indiuidua
substantie sunt substantie est manifestum per se & nul
lus dubitat in hoc & ista est glosa ipsius. Com. ex
presse in secundo de anima vbi. Ari. diuidit sub/
stantiam in materiam formam & in substantiam
compositam. Com. deinde in. com. iij. continuan
do ita exorditur cum demonstrauit nobis nume
rum substantiarum incepit declarare nobis que
earum est magis digna vt habeat hoc nomen. &
dixit quod corpora composita habent hoc nomen
substantia magis proprie secundum quod est ma
gis famosum: ¶ Ne videatur tibi mirum hoc quia
in simili etiam. Com. dixit in. ij. metha. in. com. xvi.
quod generabilia & corruptibilia sunt magis na
turalia secundum famositatem quam corpora eter
na: Et si instes quia. Ari. in predicamentis dicit pri/
mam substantiam esse proprie principaliter & ma
xime substantiam: respondetur quod in predica
mentis non comparatur substantiam compositam
ad formam sed ad substantias secundas vnde vt
inquit Beatus Tho. in. vij. metha. in lectione se
cunda super tex. com: vij. de quiditate. Ari. non
meminit in predicamentis quia talis non ponitur
in ordine predicamentorum nisi sicut principium
quia non est genus neque species neque indiuiduum
sed horum omnium formale principium dicitur
etiam ibi substantia prima maxime substantia
quia omnia alia a prima substantia aut de prima di
cuntur aut in prima sunt maxime enim substat
Si vlterius instetur quod respectus totius ad par
tes est respectus forme ad materiam & respectus
partium ad totum est respectus materie ad formam
sic enim partes dicuntur post totum & totum prius
respectu partium vt scribit. Com. in. vij. metha.
in. com. xxxv. ergo tota substantia composita pre
cedit perfectione formam & materiam. Respondetur
quod ibi loquitur philosophus de toto inte
grali ex partibus eiusdem rationis sicut sunt par
tes quantitatiue & non loquitur de toto essentia
li seu integrali resultante ex partibus integra/
libus diuersarum rationum sicut sunt materia
& forma. & aduerte pro argumento scoti quod re
fert dicere compositum continere plus de essen
tia quam forma & dicere quod contineat plus de
quiditate aut de perfectione essentia enim & qui
ditas in conceptis cum materia distinguuntur
vt dicit philosophus in. vij. metha. tex. co. xli. sub
stantia composita quo ad essentiam dicitur impor/
tare plusquam sola forma: Sed non quoad perfectio
nem quia perfectio primo non insequitur essentiam
sed primo insequitur quiditatem & si reperi/
tur in essentiam est propter quiditatem.

¶ Forma est Subiectum vniuersa litatis & iste est intellectus cuiuslibet forme.

pp. xi.

PRopositio ista est philosophi in i. celi & mundi & elicit
eam. Com. ibi in propria forma in. tex. co.
xcij. glosant eam alias de formis communibus &
de formis constitutis in esse per materiam sicut
sunt forme materiales primum apposui propter for
mas indiuiduales & secundum apposui secundum phi
losophos propter formas abstractas a materia: in qui
bus non est nisi vnum suppositum in vna specie ra
les enim ex sua intrinseca ratione habent quod
statim sint ens & vnum ens numero vt testa/
tur expresse. Arist. in. viij. metha. in. tex. co. vlti.
vnde male quidam opinati sunt quod abstracta
ex hoc habent primo quod non sunt communica/
bilia in plura numero differentia in eadem spe
cie quia carent materia: quia licet in eis sit carentia
materie tamen cum talis carentia sit pura priua
tio non potest esse ratio prima sue vnitatis nu/
meralis effectus enim positiuus per se habet cau
sam positiuam & ideo bene dixit. Ari. vbi supra
quod simplicia seipsis sunt ens & vnum & per oppo
situm ratio propter quam forma communis materialis est co
municabilis est ex sua ratione intrinseca principali
ter & non est primo ista communicabilitas in ea ex
materia quia materia non potest esse prima causa multitudinis in for
ma in via. Arist. sed est causa secundaria vbique. n. lo/
cutum. Arist. dicit materiam esse propter formam & diuersita
tem in materia prouenire ex diuersitate forme potius quam
econuerso vnde. Co. in ij. de anima. com. liij. membra
ceruini non differunt a membris leonis nisi quia anima
differt ab anima & secundo de anima. com. lx. melius
existimare quod diuersitas forme est causa diuersitatis
materie quam econuerso vnde si forma asini est multipli/
cabilis hoc est ex sua intrinseca natura principaliter
& est ex materia tamen quasi a causa secundaria & quasi concomi
tanter & per oppositum forma solis si non multi
plicatur in plura supposita hoc non est principali
ter propter defectum materie quia dato quod for
ma solis ex sua ratione intrinseca est multiplicabilis
in plures soles & tamen quod non potest ista aptitudo reduci
ad actum propter defectum materie sequitur igitur quod sit ociosa in
natura contra philosophum in. celi. t. c. xxxij. vbi habetur quod
deus & natura

deus et natura nihil frustra faciũt cõfirmatur q̃
natura nunq̃ deficit in necessariys. vñ philoso/
phus. ij. celi et mundi tex. com. l. probat q̃ si na/
tura dedisset astris potentiam respectu motus
progressiui vtiq̃ tribuisset sibi organa necessa/
ria et eodem modo in proposito si natura posuis
set aptitudinem naturalē in forma solis ad mul
tiplicationem tribuisset vtiq̃ oportunitatem ex
parte materierum et quuz in eternis nõ differat
posse ab esse de facto essent plures soles. Nec vz
dicere q̃ ipsa bene est realiter multiplicabilis:
sed impedimentum prouenit a materia sic. n.
dicere nihil est dicere: q̃ eodem modo rõ Ari.
solueret. Amplius qcqd est possibile ex pte for
me ē posse ex pte materie et eõ: potentia. n. passi
ua diffinit p actiuā et eõ: vt pz. ix. meth. tex. com.
ij. Sed dices quare ergo Arist. p̃. celi et mundi
tex com. xciij. isto modo soluit qõnem ibi indu
ctam inquiens q̃ mundus qr cõstat ex tota sua
materia: ideo vnus est. Rñdetur q̃ Arist. et sui
sequaces videntes istam indiuiduoꝝ multipli/
cationem non contingere nisi in formis mate/
rialibus in qbus tota speciei perfectio non po
terat in vno saluari supposito perpetuo tpe pp
qõ sollicitudo diuina miserta dedit modum p
quē possint saluari in specie: ideo dixerunt hãc
multitudinem prouenire a materia: sed qui in
timius perscrutatus fuerit inueniet illud quod
nos diximus sine dubio. Sz dices Auer. et Ari.
absolute videntur enunciare quãlibet formam
esse plurificabilem qr Comen. dicit et iste est in
tellectus cuiuslibet forme. Rñdetur q̃ si Auer.
glosat Arist. dz sua glosa ire iuxta textum mani
festũ est aũt q̃ textus Arist. loquitur de formis
existentibus in materia siue sint naturales siue
artificiales vel si vniuersaliť intelligat gloso sic
qr ē mihi data glosandi licẽtia: qõ forma qlz iq̃z
tũ forma est multiplicabilis in plura supposita.
sz ista ē potẽtia logica nõ physica. Dña aũt ma
gna valde est inter vtrãq̃ potentiam vt alias
declaraui qr potentia logica non dicit aliquid
reale. sed dicit solam non repugnantiam causa
tam ex rõnibus terminoꝝ inquantum nõ repu
gnant: et de tali potẽtia multe propositiones ve
rificanť in phylosophia naturali sicut illa in. vi.
physicorum. t. c. xv. de motu qui inquantum mo
tus est velocitabilis in infinitum et illa. v. physi.
tex. com. xlv. motus quilibet inquantuz motus
potest esse irregularis. et illa. Auer. vij. physico.
comē. ij vbi hz qõ celum inquantũ corpus põt
quiescere et mille consimiles que tamen poten/
tia physica et reali non possunt verificari aliogn
aliquid reale frustaretur in natura vnde de ta/
li potentia physica loquens. Auc. p̃. celi in. c. xx.
inquit q̃ si aliqua materia fuerit cuius poten/
tia nunq̃z exit ad actum ista potentia esset ocio
sa et superflua sic igitur vulgata Arist. ppositio
et comentatoris vniuersaliter intellecta habet
veritatem de potentia logica vnde ibidē com.
dicit q̃ ideo dz indiffinitiõe vlis qõ ē aptũ dici
d pluribus forma. n. est sbm vniuersalitatis ecce
nõ sm logicam cõsiderationē habet veritatē

allegat auctoritas et ex hoc pz quõ argumẽtũ
scoti in secundo sententiarum distintione ter/
tia questione vltima de multiplicatione angelo
rum in eadem specie quod innititur huic propo
sitioni videlicet quod omnis quiditas est de se
multiplicabilis non procedit qr si prepositio in
telligat illam mulplicabilitatem esse ex natu/
ra rei sic negatur a philosophis si autem intel/
ligatur secundũ logicã cõsiderationē tunc non
habet intẽtũ suũ ibi. Nota tamen quod. Comē.
primo Celi et Mundi. Comē. xcvi. inquit de
mostrationē illã qua. Arist. demõstrauit mũduz
eē vnũ ex hoc quod constat ex tota sua mã esse
dmõstrationē pp quid et p cãm: quare igř si mã
est causa multiplicatiõis indiuiduoꝝ i eadē spē
Auerr. dixit formam esse subiectum vniuersali
tatis et dixit istum esse intellectum cuiuslibet
forme nisi esset q̃ cõparando in istis que multi
plicantur in eadē specie formã et materiã forma
veriori modo est eã cõicabilitatis communitas
enim que est ex mã est secundũ qõ intelligitur
et est in anima tm̃ quia non intelligitur nisi per
priuationē omnium formarum materia enim ne
gatione cognoscitur. x. methaphisice. tex. com.
xxiiij. sed comunitas ipius forme vniuersalis ē
extra alam i potẽtia Amplius ãt vt inqt com.
materia non habet aliquam intentionē intelle/
ctam in actu de se secundũ quã esse possit pdi/
cabile et vle aliquod vñ Alex. scripsit dmostra
tiue quod mã non est genus mã etiam est causa
actu & erat corpus licet in illa fuerint diuersificati qr nonnulli dixerunt illud esse aquam nonnulli aerem & sic de aliis. ¶ Amplius textus dicit. Dico aūt materias q̄ s̄m se nullatenus est neqȝ qd neqȝ quantitas ꝯsuetudo aūt Arist. est vbi hȝ cō similem modum loquendi quod loquitur ex mēte propria sicut notant in simili expositores greci in libro priorum vbi Arist. inquit terminū aūt voco in quem resoluitur propositio & super lib. de interpretatione de nomine & de verbo infinito idem notant ¶ Amplius Comen. in comē. dicit illam descriptionem esse de mente phylosophi nam epilogando s̄m expositionem suam Auerr. illas rōnes antiquorum vna cum conclusione que sequebatur ex illis. Dicit deinde incepit declarare qualis materia est ista & dicit. Et dico materiam .i. intelligo materiaȝ illud quod est existens per se .i. est ens absolutum iste enim est modus loquendi Auer. in ꝑ. cap. de substātia orbis dum loquitur de prima materia ponendo differentiam inter ipsam & suaȝ potentiam: inquiens sed posse quo sustētatur hoc subiectum differt ēt a natura subiecti quod substantiatur per hoc posse in hoc: quod posse dicitur respectu forme. Hoc aūt est subiectum elementum vnū eternum existentium per se quorum substantia est in posse. Vult dicere ꝙ natura materie est vna substantia eterna & per cōsequens est ens quoddam absolutum in quo fundatur potentia que est relatio. Et breuiter Comen. dicit ꝙ materia nō est substantia nec accidens sed est in potentia ad oīs decem predicamenta vt declaratum est in phẏsicis vbi patet ipsum velle illam declarationem esse de mente Arist. & ita sequitur ēt Albertus cognomento Magnus & diuus Thomas. ¶ Amplius Arist. x. metha. ex mente preprua dixit materiam negatione cognosci vt pȝ tex. co. xxiii. ¶ Alii aūt qui volunt concordare illos q volunt esse discordes. Dicunt quod ista propositio est de mente Arist. & est ēt de mēte Platonis & dicunt quod ens sumit bifariam. Uno modo vt distinguitur contra nihil. Alio modo ꝓ ente quod diuiditur in decem predicamenta. Et tūc dicunt Arist. dum dixit hic materiam non esse quid neqȝ quantum manifeste negat ipsam esse ens isto modo quo determinatur p decem predicamenta vnde isto modo dr̄ non ens sed sumēdo non ens quod est idem quod nihil sic materia dr̄ ens. & isto modo dicunt Platonem ēt dixisse materiam esse non ens vt distinguitur non ens ꝯtra ens quod diuiditur in decem predicamenta: sed non est non ens qđ est idē qđ nihil imo isto mō mā est ens: ¶ Sed ista positio nullo pacto stare pōt qr certum est qđ Arist. in vi. metha. tex. co. iiii. & in principio septimi diuidit ens extra alaȝ in decem predicamenta ꝓposita aūt multiplici seu quatruplici acceptione substantie substantiam in quarta significatione diuisit in materiam formam & in substantiam cōpositam ex materia & forma. Manifestum est aūt qđ substantia talis est sub ente qđ diuidit in deceȝ predicamēta vt arguat sic Materia est substantia & substantia est ens: ergo materia est ens p regulā maximam in logica qn̄ alterum de altero predicat quicquid predicatur de predicato predicat & de subiecto vnde querendum est ab istis an substātia que est vnum de condiuidentibus ens predicat de materia aut non. Si predicat ergo qcqd predicat de ꝑdicato vt supra deducat Si dicas non predicat talis substantia sed est alia sba que est inferior ad ens qđ distinguit ꝯtra nihil & ita oportet ēt dicere de accidente qđ erit vnum accidens qđ ꝯdiuidit ens cum tali sba qđ diuidit ꝯ nihil. & ita erunt due diuisiones entis in sbam & accidens. Et ita Arist. fuisset diminutus in prima phylosophia. ¶ Amplius hoc est ꝯtra Arist. in principio. ii. de anima q diuidit ens in decem predicamenta & substantiam deinde diuidit in materiam formam & in substantiam ꝯpositaȝ ex materia & forma & Comen. ibi. Et lucidissimus Themistius fatent hoc & ꝓbant qđ tam forma quam materia sunt substantie qr sba nō fit ex nō substantiis. ¶ Amplius Arist. vii. metha. te. co. viii. volens ꝓbare diuersitatem materie ab aliis ostendit id p hoc qđ oīa alia ꝑdicamēta accidētium dicunt de sba. Substātia aūt dr̄ de materia igitur substantia q̄ est vnum de cōdiuidentibus ens predicat de materia ergo & ens tale ꝑdica. ¶ Preterea querēdū est ab istis cū oē ens aut sit reale aut sit rōnis aut in ala aut extra alam istud ens qđ distinguit ꝯ nihil qd est aut est extra alam aut in ala vel sub aliis verbis ens reale vel ens causatū ab ope ale Si dicas qđ ē ens reale tūc sic ens extra alam diuidit p sbam & accidēs ergo materia isto mō erit ens extra alam & ꝯtinebit sub ente qđ diuidit in decē predicamēta. Si aūt dicas qđ tale ens nō est aliqd reale sȝ rōnis: ergo mā ē ens rōnis. Et p ꝯn̄s sbum trāsmutationis sbalis & ps sbe ꝯposite realis est aliqd ens rōnis. Preterea Arist. reprehēdit Platonē in ꝑ physice auscultationis in tex. co. lxxix. qr nō distinxit Plato inter materiā & priuationē Et ipse ostendit talē differentiā s̄m rōnē qr priuatio vt inqt p se nō est ens sed materiā nō eē s̄m accidens & materia est ꝓpe substantiā aliqualr priuatio aūt nullatenus. Tūc priuatio est p se nō ens materia nō est p se nō ens: ergo priuatio distinguit a materia rōne. Tūc arguo sic qn̄ n̄ ens p se dr̄ de priuatione in quo sensu sumit aut ꝓ eo qđ est nihil aut ꝓ eo qđ diuidit ꝯ decē ꝑdicamēta si primū. Tūc vera est maior: sed minor erit hoc mō falsa qr materia nō est p accidēs nō ens qđ distinguit ꝯtra nihil qr est ens p se qđ diuiditur ꝯtra nihil mō in ꝑdicatis q̄ p se dicunt vel in ꝑ mō vel i scđo mō dicēdi p se de aliquo qr q̄ p se insunt necessario insunt opposita illoꝝ ꝑdicatoꝝ nō pñt inesse nec p se nec p accidēs sicut si rōale p se dr̄ de hoīe irrōnale nullo pacto nec p se nec p accidēs dici pt̄ de illo ¶ Si āt dicas priuationē eē p se nō ens qđ distinguit ꝯ ens qđ diuidit in decē ꝑdicamēta hoc ē falsuȝ qr priuatio ē nō ens p se vt est idē quod nihil sȝ aliud est hoc non ens & illud s̄m vos quare: preterea dato qđ maior illo modo vera sit tunc minor secundum

Marginalia: Opiō. modernorum — Impugnatio

vos est falsa qꝛ sumendo nõ ens quod opponit enti quod diuiditur in decem predicamenta materia per se est non ens illo modo ⁊ non per accidens: si autem sumatur nõ ens alio modo in maiori ⁊ alio modo in minori. Tunc argumentum philosophi erit in q̈tuor terminis. ¶ Amplius idem est ens extra animam qḋ diuiditur p̱ substantiam ⁊ accidẽs ⁊ quod diuiditur per potẽtiã ⁊ actum. Et quod diuiditur per vnũ ⁊ multa vt dicit Comẽ. in prologo paruo super. vij. prime philosophie sed. Arist. xij. metha. volens inuestigare cuiusmodi eẽ sit esse materie ideo prepsuit diuisionẽ entis qua diuidit p̱ potentiã ⁊ actũ in oĩbus predicamẽtis ⁊ ista ẽt est opinio Alex. ibidẽ vnde. Arist. ibi in. tex. com. viij. pposita diuisiõe entis q̃s posuerat in nono d̾ potẽtia ⁊ actu ostendit ibi quõ materia ꝯprehenditur sub altero membro illius diuisiõis vꝫ quod ẽ ens in potentia: Sed tale ens vt diximus diuisum per potentiã ⁊ actũ ẽ ens qḋ diuiditur per decẽ predicamẽta naꝫ vt inquit. Com. ꝑ de anima com. vi. actus ⁊ potẽtia sunt dñe entis valde opposite ⁊ circuiũt oẽ predicamentũ. ¶ Et confirmat̾ qꝛ Arist. xij. metha. inquirit per longũ ꝓcessum an pn̄cipia decẽ predicamẽtoꝝ sint eadẽ vel diuersa. Et tandem ꝯcludit qḋ sunt eadẽ ꝓportione qꝛ actus ⁊ potentia sunt in vnoquoq; predicamẽto ꝓportionabilr̄. Et ostẽdit qḋ principia ꝓxima decẽ predicamẽtoꝝ sunt diuersa principia autẽ remota sunt eadẽ vt pꝫ ibi in. tex. com. xxij. Talia aũt sunt pn̄cipia predicamẽti sbe. s. potentia actus sed potẽtia in predicamẽto sbe reducit̾ ad mãm. Et actus ad formã vt dicit. Comẽ. expresse in. xij. metha. in. com: xxvi. igr̄ sub ente qḋ diuidit̾ in decẽ predicamẽta cõprehenditur ipsa mã ſm sententiã. Arist. vnde non ẽ credendũ de tãto philosopho qḋ i scĩis speculatiuis q̃rum finis ẽ veritas aliud dixerit ⁊ aliud sensenserit quõ enim. ꝑ. phisicoꝝ. tex. com. lxxix. inquit d̾ Platone tangentes quidẽ igitur ⁊ alteri quidẽ sunt ipsam sed non sufficienter. in quo. n. vel ad quid reprehendit Platonẽ si illa met fuit eius opĩo. ¶ Confirmat̾ qꝛ plotinus in tractatu quẽ facit de mã capite. xiij. expresse testat̾. Ari. a platone in hoc dissentire ⁊ nitit̾ soluere argumẽta. Arist. ꝯ. Platonẽ ostendendo mãm nullo modo distingui a priuatiõe q tamẽ precipuus fuit inter sectatores. Platõis: ¶ Sed quid cause fuit

Cã erroris.

qḋ aliꝗ decepti sunt. est qꝛ cum. Arist. fuerit discipulus. Platonis quem. xxiij. annos audierat nõ possunt suspicari illum potuisse ſm rẽ ꝯtradicere magistro. Et mirabile est de multis illustribus doctoribus qui voluit ꝯcordar̾ illos q voluit esse discordes ⁊ boccius q̃n̄q; ꝓmisit se facturũ hoc. ¶ Sed videant isti. Aristo. tertio celi. tex. com. ci. vbi disputaturus ꝯ. Platonẽ an mũdus sit generatus premittit qḋ disputatio debet esse remota ab amor̾ ⁊ odio ⁊. Com. in. com. reddit cãm qꝛ maxima cã diuersitatis ẽ amor ⁊ odium ⁊ tertio celi. tex. com. lxi. redẽs cãm obq; l pluribus errauerit. Plato in nãlibus inqt hoc fuisse ꝑꝑ amorẽ magistri ⁊ geometrie vñ plerũq; ipsum appellat iuniorẽ socratẽ. Et ꝑ. ethi. cap. vij. inqt d̾ q̃õne i lla. d̾ ideis qḋ illa. q̃stio p̱ ardua ẽ ob amicos q ideas introduxerũt. Sꝫ pro defensiõe veritatis ẽt ꝓpria impugnar̾ oporter̾ ꝓsertim phos magis forsan existimãdũ ẽ. Nã cum ambo sint amici: piũ ẽ veritatẽ in honor̾ ꝓferre ⁊ h multũ accidit ꝯfiliatori ⁊ medicis volẽtibus Arist. cũ. Gal. ꝯcordar̾ cũ tñ. Ga. de cõposito cõtra. Arist. in illis q̃õnibus velit eẽ discors: ¶ Et non ẽ mirũ si hac nostra tẽpestate sit multitudo erroꝝ in oĩ scĩa qꝛ expositores faciũt quãdã ꝯfusionẽ ex diuersis scĩetijs ex qbus nõ ꝓt ꝓuenire vnus actus sic dãnauit. Auer: Auicen. qꝛ sermo eius semp inuenit̾ medius inter peripatheticos ⁊ loquẽtes ⁊ deus sit dator auxilij in tãta ꝯfusiõe

Cã erroris ꝯfiliatoris.

¶ Reuertamur igr̄ ad ꝓpositũ theorema ⁊ dicamus mãꝫ hꝫ se nõ eẽ qd̾ i. q̄ditatẽ in actu nec quãtitatẽ nec aliqḋ ex alijs accidẽtibus p̱ q̃ diuidit̾ ipsum ens. ¶ Bone deus quõ. Allucinãtur ingenia in re notissima vbi. n. locũ manifestũ habemus in ipsomet. Arist. in. quo se ipsum declarat manifestũ ẽ. n. de mẽte eius in. ꝑ. phisice auscultatiõis soluẽs rõnes antiquoꝝ negãtiũ gn̄ationẽ ꝑꝑ rõnẽ illã que famosa erat apud eos qḋ si gn̄atio esset aut esset ex ente aut ex nõ ente nõ ex ente qꝛ ens nõ generat̾ neq; ex nõ ente qꝛ ex nõ ente nihil fit posita ꝑma solone deinde ponit secũdã in. tex. com. lxxviij. inquiẽs vnus quidẽ igit̾ modus hic est alius vero q̄n ꝯtingit eadẽ dicere ſm potentiã ⁊ actum hoc autẽ determinatuꝫ est in alijs p̱ certitudinẽ magis: vbi patet qḋ vult mãm non eẽ ens in actu q̄ est sbm gn̄ationis nec eẽ nõ ens ꝑse ⁊ simpliciter sed ẽ ens mediũ inter actũ ⁊ purũ nihil vꝫ est ens in potẽtia ⁊ ideo q̄n. Arist. dicit mãm nõ esse quid non intelligit qḋ nullo modo sit sba in quã diuisum ẽ ens vna cũ accidente sed intellexit quod nõ est substantia in actu hoc aũt nõ est inferre ipsam non ens esse. ⁊ negare entis rõneꝫ qḋ in decẽ ꝑdicamẽtis determinatũ est sicut isti inferebãt

Opis ꝓpria.

¶ Sꝫ obiicies nã. Com. in. ꝑ. metha. in. com. xvij. inqt quod mã nõ hꝫ aliquã dispositionẽ neq; substantialẽ neq; accidentalem ⁊ per ꝯsequẽs vr̄ quod nõ sit neq; sba neq; accidens

Obiectio.

¶ Nisi esset qḋ ꝑ tanto dixit illud qꝛ nullã habet formã in actu de se sibi propriã neq; ẽt priuationem vt dicit expresse philosophus in. vij. meth. in. tex. com. viij. qꝛ vt inqt Com. si haberet. aliq̃ sibi propriã nõ esset igr̄ in potentia ad oẽm formã. ¶ Itẽ vt dicit in libro de substantia orbis nullã aliã posset recipere nisi illa corrupta qꝛ non potest subiectuꝫ habere nisi vna formã ⁊ ita si esset aliqua forma substantialis coeterna materie omnis transmutatio esset in accidentibus sicut deducit. Com. ꝑ. phisicoꝝ in comen. lxiij. ⁊. lxix. Et in libro de substantia orbis.

Solo.

¶ Sed adhuc remanet alia difficultas qꝛ si materia dicitur ens in potentia ita quod nullum habeat actum tunc igitur materia nihil eẽt ¶ Et cõfirmatur nam. Auer. in. celi ⁊ mũdi in. com. xxix. inquit quod ens in potentia fundat̾ in ente in actu ꝗ materia prius ẽ aliqua actualitas in se ⁊ deinde fundantur potentia in

Difficultas

Boecius vol. ij. editione llij. de iter petratione.

tentia in actualitate eius Et confirmatur etiā per lucidissimum Themistiū in primo phisice auscultatiōis vbi expresse testat quod materia in sua prima notione ꝯsiderata est quoddā ens actu Confirmat q2 certū ē qd̄ si mā dr̄ esse ī potētia ad oīa nō itelligit qd̄ sit in potētia ad seipsaȝ nihil.n.pōt respectu suimet eē ī potētia vn̄ prius mā fm̄ nām est actu mā deinde ē potētia ad alia ❡ Et ꝯfirmat q2 certū ē qd̄ mā cū sit īgn̄abilis ⁊ incorruptibilis pcedit via gn̄atiōis oēm formaȝ quomodo igr̄ intelligūt peripathetici dū dicūt māȝ nō eē qd nec qn̄tū aut q̄le: Sȝ eē ens in potētia ❡ Et pterea ens in potētia nō ē ens nisi sȝ qd vt dr̄ l.ix.metb.tex.com.vij.q2 sunt ētia ī aīa aut cogitatiua aut appetitiua sed ens in aīa est ens diminutū.vi.metba.tex.com.vltimi ⁊ ideo si mā ē ens in potētia ḡ nō ē ens aliter arguēdo eēt fallatia a sm̄ qd ad simpl̄r ⁊ ita iterū vr̄ seq qd̄ mā sit nō ens. Forte pp ista motiua hēricus de gandauo ⁊ Scotus coacti sunt ponere actū entitatiuū distintum ab actu formali vnde.Scotus in.vij.metb.q.v.⁊ in secundo sententiarum distintione.xij.q.secunda ⁊ ante ipsiuȝ henricus de gandauo in quolibetis videlicet quolibeto iiij.q.xvi.in qua querit vtrum angelus sit compositus ex materia ⁊ forma in fine illius questionis exp:esse hȝ ista verba Et qd̄ assumit quod distintio siue differentia est per actum vel p formam qualem non habet aliqua materia de se. Dicendum quod licet materia nō habeat de se actum forme habet tamen actum sue essentie ⁊ existentie: inquantum est effectus dei non existēs pure nihil. ❡ Sed aliquid in sua essentia ⁊ in existentia sua differens a forme existentia ⁊ ab eius essentia: licet in composito super actum sue existentie nata sit recipere actum.forme inquātum forma est actus compositi ⁊ materie in cōposito hec ille: Et Gregorius de arimino ideȝ sequitur in secundo sententiarum in p:eallegata distintione.xij.q.secūda articulo tertio. ❡ Dicimus nos ne sint contētiones de nominibus si p actum entitatiuum ipsi intelligant gradum entitatis vt idem sit dicere aliquid esse in actu entitatiuo quod est participare entitatem ita quod tale sit quedam entitas aut natura. Tunc sine dubio non est negandum materiam esse actum entitatiuum q: est quedam entitas ⁊ alia entitas ⁊ alia natura ⁊ alia substantia quam forma aut substantia cōposita ex materia ⁊ talis actus entitatiuus specialiter dicitur materia nam materia actu est materia non enim materia dicitur esse in potentia ad omnia simpliciter ita quod intelligamus ipsam esse in potentia ad se ipsam nam tunc omnino nihil esset materia igitur ex sua intrinseca ratione est materia sicut forma est forma ⁊ ideo materia non est forma. Sed sic materia actu materia ente est in secūda sui notione potentia ad alia p:uta ad omnem formam tam substantialem quam accidentalem ita pulcre declarat lucidissimus. Themistius in primo phisice auscultationis in digressione de potētia ⁊ priuatione materie q: inquit quod materia in se considerata est quedam substantia absoluta ⁊ est quodam ens actu non intelligas quod habet de se actum existendi sed est quedam entitas ⁊ que entitas materie nam materia est substantia quedam que non est forma nec habens fo:mam ⁊ sic vt alias declaraui ista consideratio pertinet ad primum philosophum. in tali autem substantia materie insurgit potentia ad omnem formam ⁊ hoc sibi contingit dum consideratur in secunda sui notione quando videlicet comparatur ad alia ⁊ sic intelligunt peripatetici dum dicunt materiam esse in potentia ad omnia videlicet q2 est in potentia ad alia a se: non q2 materia sit potentia materia hoc enim intellectus non capit si bene ꝯsideras: ❡ Alius intellectus esse potest quod per actum entitatiuum intelligamus actum existēdi in quo sensu ipsi capiunt q2 ponunt actum entitatiuum opponi potētie obiectiue ⁊ actum fo:malem opponi potentie subiectiue nam iste potentie separantur quia alicubi est potentia obiectiua vbi non est potentia subiectiua sicut in creatiōe mundi vbi ante sui creationem erat in potentia obiectiua ⁊ nullum tamen erat subiectum ex quo fieri posset. Sed q2 erat in virtute actiua creatoris inquantum poterat esse terminus creationis sic erat in potentia obiectiua. Et etiam distinguūtur iste potentie alia ratione q2 potentia subiectiua non multiplicatur ad multiplicationeȝ formarum sicut obiectiua ⁊ etiam potentia obiectiua non est sm̄ trāsmutationis sed terminus sed potentia subiectiua hn̄ ē sm̄ trāsmutationis ⁊ ita oē qd̄ est extra causam ⁊ intellectum sm̄ istos est in actu entitatiuo ita quod est ideȝ quod actus existentie ⁊ ita ponunt triplicem actum entitatiuum in composito videlicet vnum respectu materie alium p:oprium forme alium respectu tertie entitatis ⁊ ista est via istorum sine dubio. ❡ Dicamus nos quod huiusmodi intellectus non fuit de mēte peripatheticorum vt alias dñclaraui Nam sȝ ipsos qdqd ē possibile ex pte agētis ē possibile ex parte passi vn̄ ipsi.ix.metba.iii.tex.com.secundi diffiniūt potētiā passiuā p actiuā ⁊ actiuā per passiuā aliter.n.sequeret aliquā potentiā frustra ri in nā quod ipsi multum aborrent vn̄. Arist. in secūdo celi ⁊ mundi in.tex.com .l.inquit qd̄ si nā tribuisset astris virtutē respectu motus p:gressiui vtiqȝ tribuisset sibi pedes ⁊ organa q2 deus ⁊ nā nihil frustra faciūt pmo celi ⁊ mūdi tex.com.xxxij ⁊ iō ī quolibet sbo trāsmutatōis nālis est respectus ⁊ ad sm̄ ⁊ ad ipuȝ agēs vnde oēs forme sunt in potētia passiua mē p respectū ad potētiā actiuā pmi motoris.xij.metba. com. xviij.⁊ sm̄ ipsos actus existēdi a forma ē q2 forma ē p quā est hoc aliquid ⁊ in actu ⁊ qd̄ vere ē actus ē ex secūdo de aīa tex.com.vij. sic itaque mā prima de se non existit nec existere pōt sine forma ⁊ isto modo nullum habet actum vnde. Com.v.phisicorum com.viij vbi.Aristot.ponit differentiam inter generationem ⁊ motuȝ penes subiecta q2 qd̄ gn̄atur non est sed quod mouetur ē inqt quod in esse p:imie mē nō admiscet actus

Marginal notes: scotus in.vij. metb. .q.v.⁊ l.ii.sē. dist.xii. q.ii. | Opio. hērici q̄libetis q̄li. iiii.q. xvi.⁊ Greg. d Ari. | pp:ia oplo. | distintio de dupli ci actu entita tiuo. | The. | itellō ī q̄sco. ponit actum entita tiuum | impugnatio potēti um actū entitatiuū vt scotus posuit.

Ppoſi. xvi.

¶ Conueniens fit a conuenienti.

Vlgata eſt propoſitio ⁊ habetur in .vij. prime philoſophie tex. com. xxviij. ⁊ gloſatur per Auerr. xij. metha. in com. xiij. vbi per alia reſidua exponit accidentia ⁊ vult quod in accidentibus veritatē non habet ſed in ſubſtantijs ⁊ pariformiter dicit iuxta hoc in ſecūdo celi ⁊ mundi in comen. xliij.

Inſtātie.

¶ Sed eſt inſtantia de igne q2 ignis generatꝰ a motu. ¶ Amplius ſi in ſubſtātijs habet locum quod ſimile fit aſimili aut hoc eſt ſecūdum ſpeciem ⁊ tunc vniuerſaliter vera non eſt niſi in ſubſtantijs genitis ex ſemine Aut intelligitur aſimili ⁊ cōueniēti quā tum ad virtutem ⁊ tunc vniuerſaliter videtur eſſe vera in oībus:

Pōmo dernorum.

¶ Quidā autē in via Auer. dicunt ad primum de generatione ignis quod ſimile fit aſimili vel quo ad ſpeciem vel aſimili in gradu predicamenti ⁊ tunc dicūt quod ignis generatur a motu diſpoſitiue ſed generatꝰ a ferro ⁊ lapide principaliter ⁊ q2 iſta ſunt ſubſtātie ſic eſt ſimilitudo in gradu predicamenti ſubſtātie

Replica ipſorum.

¶ Quod ſi replicces q2 ita erit ēt de accidentibus qui poſſunt ſemper dici quod generantꝰ aſimili dant rationem diuerſitatis q2 accidentia non ſemper ab accidentibus generantur immo quãq3 generantur a ſubſtantia que non eſt euſdem predicamenti ⁊ ideo eſt ratio diuerſitatis

Solo cord.

¶ Sed iſta ſolutio ſtare nō pōt in via. Com. q2 vij. metha. contra Auic. com. xxxi. inquit quod idem eſt agens diſponens materiam ⁊ inducēs formam nam inter alia motiua que mouerunt Auicen. in ponendo datorem formarum fuit illud de motu generante ignem qui dicebat quod motus cū3 ſit accidens non poteſt generare ſubſtantiam ⁊ voluit quod agens materiale ſolum diſponebat materiam ⁊ agens ſeparatum largiebatur formam ſed. Auerr. ibi obuiat illi q2 tunc ſequeretur quod generatum non eſſet vnū3 ens in actu ſi aliud eſt alterans ⁊ aliud generans.

Impugnatio pēnis.

¶ Amplius iſta ſolutio manifeſte ꝯdicit. Auer. xij. metha. in. com. xviij. vbi expreſſe dicit quod ignis generatur ab ipſo motu ſicut generatur ab igne: patet autem quod ab igne non generatꝰ diſpoſitiue. ¶ Amplius ſi ferrum ⁊ lapis generant ignem principaliter aut hoc eſt in genere cauſe materialis aut hoc eſt in genere cauſe efficientis ſi primum ergo vniuocatio erit penes materiam non penes agens quod eſt contra dicēs Si penes efficiēs. Tūc igitur vnius effectus numero erunt due efficientes cauſe in eodem genere cauſe eque primo concurrentes ad eundē effectum numero cuius oppoſitū aſſerit. Ariſt. xij. meth. in. tex. com. xxvij. ¶ Amplius in genitis ex putri materia quomodo ſm iſtā gloſa3 locum habet quod fiant aſimili in genere predicamenti cum talia generentur a virtute caloris celeſtis ⁊ ſtellarum diffuſa in aere ⁊ aqua vt vult. Com. xij. metha. in. com. xviij. ¶ Dicamus igꝰ quod illud quod mouit. Auerr. ad ponendum hoc fuit q2 tenuit nullam ſpeciem in genere ſubſtantie eſſe acaſu ⁊ ideo dixit illud veritatem habere in ſubſtantijs non autem in accidētibus vnde tales ſunt perſe intēte anatura nam ſi que ſubſtantie acaſu eſſent maxime eſſent animalia ⁊ plante que ex putri materia generantur. ⁊ tamen non ſunt acaſu quia habent ordinem ⁊ habent cauſas determinatas ita quod fiunt in certis temporibus determinatis ⁊ in locis determinatis vnde Themiſtius recitat primo de anima capite. xxiiij. quod in egipto ex putri materia generantur mures ⁊ in noſtro celo vermes ⁊ locuſte. ¶ Amplius habēt determinatas materias nā ex cadauere equi gēnerantur veſpe ⁊ ex cadauere bouis generantur apes Talia autē nō cōpetunt rebus factis acaſu vel afortuna vt inquit. Com. xij. met. com. xiij. ⁊ xviij. ⁊. viij. phiſi. com. xlvi. ⁊. vij. meth. com. xxxi. ⁊ pp hoc qꝛ ſubſtantie ſunt entia perfecta ⁊ requirunt determinatas cauſas ſic in ſubſtantijs conueniēs fit a cōueniēti Tamen limitat eam. Com. xij. metha p. com. xviij. quod non eſt omnibus modis iſta cōuenientia ſed oportet vt iſta conuenientia ſit iſto modo vt agens ſit tale in potentia ⁊ virtute quale eſt effectus in actu.

Litatio ppōis ſm cōmēta.

Nam operatio agentis nihil aliud eſt quam extrahere rem de potētia ad actum ⁊ ideo dixit. Com. xij. metha. com. xviij. quod primus motor eſt omnes forme quoquo modo Nam in calce. com. xviij. dixit quod omnes forme ſunt in potentia in prima materia. Et ſunt in actu in primo motore pro quanto igitur in qualibet generatione ſubſtantie inter ſuā cauſam ⁊ effectum ipſum requiritur determinatū agens virtute cuius poſſit extrahi de potentia ad actum talis intelligitur eſſe conuenientia ⁊ ſimilitudo que currit in generatione ſubſtantie inter cauſam ⁊ effectum ⁊ non oportet quod currat quantū3 ad omnia ⁊ quod ſimilitudo ſit omnibus modis Nam vt inquit. Comē. domus in materia generatione conuenienti ⁊ vniuoca fit aforma domus exiſtente in anima Artificis ⁊ tamen non eſt omnimoda ſimilitudo inter formam domus in anima ⁊ domum in materia q2 illa eſt in potentia ⁊ iſta eſt in actu. Sed in accidentibus pp imperfectionem ſue nature non requiritur vnum certum agens determinatum q2 talia poſſunt pmo venire ex diuerſis cauſis agētibus ⁊ diuerſis modis ⁊ iſta eſt mens. Auerro. ſine dubio: ¶ Si aūt velis vlterius inueſtigare ſimilitudinem quo ad ſpeciem inter. generans ⁊ genitum oportet tunc recurrere ad illas tres conditiones poſitas ab. Auerr. in. xij. metha. in com. xviij. ex mēte Alexa. videlicet quod agēs debet eſſe principale non inſtrumentum ⁊ quod ſit agēs propinquum ⁊ non remotum ⁊ quod ſit agens perſe non per accidens ⁊ in hoc non diſcrepat. Auer. ab. Alex. vt patet ibi clare ponit alia conditio in. com. xxviij. ſeptimi methaſi. in hijs que generantur generatione actuali ideſt non ceſſabili propter generationem muli vt notat etiam. Ari. in. tex. ⁊ per hoc patet ſolutio ad argumentum de igne nam ſecundum mentem

Auerroys forme elementales quia sunt mul/
tuz propinque materie non sunt vere substantie
nec vere accidentia sed mediant inter substan/
tiam ⁊ accidens qꝛ posuit quod intenduntur ⁊
remittuntur sicut accidentia ⁊ sic videntur sape
re naturam accidentis ⁊ ideo quādo. Com. glo
sauit propositum Theorema quod simile fit a si
mili ⁊ dixit quod habet veritatem in substantijs
per substantias intellexit veras substantias sicut
sunt substantie perfecte que non recipiunt inten
tionem ⁊ remissionem: ignis igitur qꝛ est de nu/
mero formarum imperfectarum que sunt valde
ꝓpinque materie potuit generari tam a motu
quamēt ab igne ¶ Ad aliud respondetur vt su
pra dictum est naqꝫ vniuersaliter intellecta pro/
positio habet locum in substantijs quod conne/
niens fit a conuenienti pro quāto non quodlibet
fit ex quolibet sed determinatum ex determina
to tamen non oportet qꝺ ista conueniētia sit o/
bus modis. Sed si requiris conuenientiam fm
speciem inter generans ⁊ genitum tunc oportet
quod concurrant ille tres conditiones posite ex
mente. Alex. xij. meth. in com. xxiij. Adde etiā
quod vt inquit. Arist. p̄. de generatione ⁊ corrup
tione tex: com. xxx. generatur aliquid ab aliquo
ente in actu aut homogeneos aut homoydeos:
Ignis enim generatur ab igne qui est eiusdem
speciei: ⁊ sic sunt omoydea sed durum generat
a non duro puta ouum generatur a frigido Talia
sunt omogenea qꝛ semper generans est in actu
⁊ quatenus est in actu generat ⁊ genitum est in
actu ⁊ sic conueniunt in genere actus qui ē ge/
nus ambiguū fm peripatheticos ⁊ sic dicit ibi
littera Et sic generatio rane a sole licet nō fit ab
omoydeo est ab omogeneo sub tali rōne generis
multipliciter dicti ¶ Cōsidera etiam qꝺ si pro
positio locum habet de similitudine quantuz ad
speciem fallit in qualitatibus preserim qꝛ. Com.
dicit. in. vij. metha. in com. xxxij. aliqua qualitas
generatur a sibi simili in spēcie. Et alia ē cuius
generatio sequitur formam mixtionis prima
rum qualitatum Fallit illo modo in causa mate
riali: qꝛ quod generatur non generatur ex ma
teria sibi simili in specie Imo requiritur qꝺ ma/
teria ex qua aliquid generatur habeat dispositi/
tiones oppositas generādo: ¶ Et vniuersaliter
ꝓpositio dicens etiam quod causa ⁊ causatū de
bent esse proportionata intelligitur quo ad vni/
uersale ⁊ particulare quo ad p se ⁊ per accidēs
quo ad potentiam ⁊ actum que sunt diuisiones
per modos causaꝝ vt patet secundo phisicoruz
sic enim dicimus quod effectuuz vniuersalium
cause sunt vniuersales: ⁊ particularium cause
sunt particulares ⁊ effectuum in potentia cau
se sunt in potentia ⁊ effectuū in actu cause sunt
in actu ⁊ effectuum p se cause sunt p se. ¶ Alb.
uero magnus super. xij. metha. tractatu primo
ca. octauo vult quod omne quod fit fit ab vniuo
co vel formaliter vel in virtute ⁊ ita dicit etiam
in. cap. xi. ibidem.

Marginalia: ꝓpōn. hz ver tatē in oībus sbys sz in pfec/ ctis. — Aliqd gn̄rari ab ali/ quodu plr. — Alber. mag.

¶ Calidi est rarefacere ⁊ frigidi est condensare.

PRopositio famosa est ⁊ est de mente. Arist. in secundo de generatione ⁊ corrup/
tione ⁊ I quarto metheoroꝝ ⁊ ē Auer.
in propria forma in. vij. phisicorum in comē. xv.
vbi habet densitas ⁊ raritas sunt apud rerū qua
litates ꝯsequētes calidū ⁊ frigidū ¶ Prima ps
de calore intelligitur de calore elementali pre/
sertim in sua natura considerato fallit autem
de calore naturali regulato ab anima ⁊ de calo
re celesti nam calidū naturale in generatione ⁊
digestione ⁊ in alijs operationibus anime calor
agit prout est concausa ⁊ instrumentum secūdo
de anima tex. com. xlii. contra empedoclem ⁊
agit vt est ordinatum ad diuersos fines secūdū
exigentiam anime pro suis actibus exercendis
vnde sic plerumqꝫ condensat sicut dum ex san/
guine menstruo generat ossa ⁊ membra solida
similiter digestio que ab inato ⁊ naturali calido
procedit quarto metheoroꝝ ingrossando pro/
cedit Caliduꝫ etiam elementale licet per se rare
faciat p accidēs tn̄ qn̄doqꝫ ꝯdēsat sic ꝯsumptis
humiditatibus existētibus in poris videmus qꝺ
accidit constipatio sicut videmus in rebus que
assantur ab igne que teste philosopho in quarto
metheoroꝝ habēt interiora humidiora quam eli
xata exteriora vero magis sicca conclusis eniz
vt inquit exterioribus poris non potest segre/
gari intus existens humidum: Sed includitur
cum pori reclusi fuerint ⁊ ideo princeps medi/
corum. Galenus in septimo de ingenio sanitatis
capite. vi. vbi tractat de cura male complexiōis
sicce sine materia precipit egruz non debere po
ni in aqua frigidiori temperata qꝛ latētem frigi
ditatem in imbecillibus corporibus operatur.
Nec etiam in calidiora tēperata qꝛ cogit ⁊ strin
git poros ⁊ densat sed aqua debet esse eucrata
idest temperata quia illa dilatat non igitur vt
vides caliditas secundum omnem mensurā ra/
re facit nec quodcūqꝫ vnde. Auic. dicit quod na
tura sagax est ⁊ distribuit caliduꝫ quod est natu/
re instrumentum ⁊ carnem quidem complet p
calidum ⁊ humidum ⁊ ossa p calidū ⁊ siccum ⁊
cartilaginem per mediū vnde cum epsesis ⁊ op
tesis fiant a natura generatio ossiū erit per opte
sim que fit a calido sicco ⁊ ita calidum inducit
duriciē ⁊ densitatē in hoc casu: ¶ Sū animad
uerte ⁊ considera quod actio alicuius agētis dū
ipsum fit instrumentum potest habere operatiōes
specie differentes ab operationibus que sibi con
petebant in ratione principalis agentis vnde si
cut scribit. Com. in secundo de anima ignis seu
calor eius quatenus igneus est habet mollifica/
re ferrum ad faciendum aliquod instrumen/
tum sed inquantuz illa mollificatio progreditur
ad certū terminū notū in vno quoqꝫ istrumēto sic
attribuitur virtuti artis a qua regulat. ¶ Ani/
maduerte etiam quod raritas potest prouenire
ab humiditate

Marginalia: Sīta tio ꝓpōis — Gale. in. vij. de ing. sa. c. vi.

Auicēna. | q̄ⁱ. po ꝓposi ti theorema tis. | Solo diffic̄ tatis ex sci/ denti. Gale.

ob humiditate sicut patet in conuersione terre in aquam. Et Auicēna in prima Fen primi in capitulo de elementis inquit quod humidum largitur sicco extensionem. Uide igitur quomodo raritas cum sit accidens a pluribus agentibus pōt prouenire q2 in accidentibus vt dixit Auer. superius locum non h3 vniuersaliter quod oē qd̄ fit fit a suo simili. ¶ Secunda vero propositio qd̄ frigiditas condensat vera est tñ vt supra declaraui pōt ēt a calore prouenire regulato ab agente quod agit ſm exigentia3 finis ⁊ ideo cesset admiratio quorundam querentium pp̄ qd mares cum sint feminis calidiores nōnulla tñ membra in mulieribus sunt latiora ⁊ maiora quam sint in viris vt mamille ⁊ instrumenta vrine Has audiant Galenum dicentem quod compositio insequitur complexionem ⁊ rem diuiná idest virtutem informatiuam de qua ipse dubitauit vt inquit Comen. in. vij. metha. an esset deus aut creatura vnde virtus informatiua directa ab intelligentia non errante pp̄ finem largit vnicuiq3 membro accidentia terminata vt expedit ipsis mēbris in ordine ad actus. ¶ Condēsatio ēt pōt prouenire ab impulsione vt inquit Arist. in primo metheoroꝝ quod in egypto flantibus ventis ethesiis impellentibus aerem ⁊ vapores ad arabicos montes aer ex tali impulsione constipatur ⁊ in aquam conuertitur ⁊ hoc ēt apparet experimento sensato in balneo in quo vapor eleuatus vsq3 ad tectum balnei a quo repercutitur videmus tñ ipsum in aquam cōuerti qñ enim aer venerit ad tantam paruitatē cū qua saluari nequit necesse est vt corrumpat q2 res natura terminum habent ⁊ ſm qualitatem ⁊ secundum quantitatem.

propō xviij.

¶ Remissio fit p admixtionem ꝯrij

Famosa est propositio ⁊ colligitur ex mente phylosophi in. v. phys. tex. com. ix. ⁊. ij. celi tex. com. xxxvij. vera tñ est in habentibus contrarium nam in cōtrarietate carentibus locum nō h3 lumen enim intenditur ⁊ remittitur pp̄ virtutem aut debilitatem agentis. In habentibus ēt contrarium vniuersaliter ēt locum non h3 nam in simplicibus in sua puritate consideratis vnum elementum in vna qualitate est remissum respectu alterius Et videtur esse intentio Arist. in. ij. de generatione ⁊ corruptione in tex. com. xxij. ⁊. xxiij vbi h3 quod ignis est plus calidi quā sicci ⁊ aer plus humidi quam calidi tñ caliditas aeris nō est remissa pp̄ admixtione3 frigiditatis vt dixit Jacobus de Forliuio ⁊ multi iuniores nam tūc Arist. non sufficienter venatus fuisset in. ij. de generatione ⁊ corruptione ex cōbinationibus quatuor qualitatum primarum sufficienter numeꝝ quaternarium elementorum cū in quolibet elemento sint ſm illos tres qualitates ⁊ nō due sicē phylosophus ibi testatur. ¶ Et Alex. aphrodiseus in comento suo super libro primo metheororum inquit cap. iiij Magis quidem frigida ē aqua terra sed nō mixtura alicuius caliditatis terra est minus frigida quam aqua ⁊ magis sicca quidem est terra quam ignis sed non mixtura alicuius humiditatis ignis est minus siccus q̄3 terra. Et aer qdē magis humidus est aqua sed non mixtura alicuius solidi aqua est minus humida quam aer non enim vtriq3 aliquod simpliciorum corporum esset hec ille. Bene verum est quod elementa dum miscentur tunc remittuntur in suis qualitatibus per actionem inuentam in eis merito contrarietatis illa igitur remissio in altera qualitate in elementis non est p admixtionem aliquam cu3 contraria qualitate sed insequitur debilitatem virtutis agentis nā propinquitas motui celi largitur caliditatem leuitatem ⁊ motum. Et remotio a motu celi largitur frigiditatem grauitatem ⁊ quietem. ij. celi ⁊ mundi comen. xciiij. Et ista ēt fuit opinio Auicēne in suo libro de celo ⁊ mūdo cap. vltimo vñ ēt Comen. iiij. celi ⁊ mundi comen. xxxix. inquit aeris grauitas est maior q̄3 leuitas: q2 causa leuitatis in eo est calor ⁊ causa grauitatis in eo est humiditas ⁊ omnes cōueniunt in hoc quod humiditas in eo est maior quam caliditas cum vē esse humidior elementis ex diffinitione humiditatis vt declaratu3 est in libro perigeneseos. Et ex illo loco manifeste patet de mente phylosophorum ⁊ eius fuisse quod non omnes qualitates sunt in summo in elementis Et ista3 opinionem imitatur ēt Comen. in. iiij. metheororu3 in comen. x. l3 alibi contrariam sentire videatur. Et collige ex illa auctoritate grauitatem ⁊ leuitatem in elementis insequi qualitates primas quarū due sunt actiue ⁊ due passiue. ¶ Et tunc est difficultas q2 si in simplicibus summa leuitas insequitur summam caliditatem sic summa grauitas insequitur summam frigiditatem sed summa frigiditas iuxta illā via3 est ipsius aque igitur aqua est grauior terra. Cuius oppositum h3 phylosophus in libro primo metheoroꝝ grauissimum aūt omnium terra que est in medio. Et tunc terra esset magis frigidi quam sicci cōtra Arist. in. ij. de generatione ⁊ corruptione in tex. com. xxiij. ¶ Nisi esset quod vt inquit Comentator grauitas ⁊ leuitas non sunt eiusdem rōnis in mixtis ⁊ in simplicibus nec ēt in simplicibus omnibus modis sunt idem. iiij. celi co. ix. vnde dici pōt quod l3 summa leuitas in simplicibus insequatur summam caliditatem summa tñ grauitas in simplicibus insequit summā siccitatem ⁊ non summam frigiditatem. Et rō ē q2 caliditas ⁊ frigiditas non sunt equaliter actiue nam formalior est caliditas ipsa frigiditate ⁊ ideo nō sequitur si summa caliditas est cā summe leuitatis igitur summa frigiditas erit causa summe grauitatis l3 enim contrarie cause sint contrarioꝝ effectuum tñ non oportet quod hoc sit in equalitate graduum presertim vbi contra

Coartatio ꝓpōnis | ꝯ iacobū de forli. ⁊ alios. | Alex. aphrodiseus | Qualitates ꝓme nō sunt oēs in summo i elemē tis. | Oblectio. | Solo.

rie cause non sunt equalis virtutis nec adequa te cause dico igitur summam grauitatē īsequi summā terre siccitatem. In aere aūt qui ꝯtraria tur terre in ambabus qualitatibus insequit hu miditatem. ¶ Sed dices quid cause fuit quod cum grauitas in simplicibus insequatur humi ditatem ⁊ siccitatem cur cum aer ita sit primo humidi sicut terra est primo sicci nō potius ista summa grauitas insequitur humidū aeris sicut siccum terre ¶ Nisi esset quod non sunt cetera paria tū ratione distantie maioris a motu celi que largitur grauitatem tum qꝛ humiditas ae ris ꝯiuncta est caliditati aqua ꝓuenit rarefac tio ⁊ in terra est ꝯiūcta frigiditati ⁊ ita non sunt cetera paria si bñ ꝯsideras Ex istis igr̄ pꝫ qꝺ gra uitas ⁊ leuitas in simplicibus ita se habent qꝺ grauitas ex diuersis causis potest ꝓuenire qꝛ qñqꝫ insequitur humiditatem ⁊ qñqꝫ siccitatem in mixtis autem est alia ratio vt dicit. Comē. in. tertio celi. com. ix. ⁊ in primo cāntice. com. xiij. in quit quod qualitates prime aliter attribuuntur elementis ⁊ aliter animalibus ⁊ tempori ⁊ loco ⁊ tunc iuxta istum dicēdi modū sicut leuitas in igne insequitur caliditatē sic grauitas in aqua in sequitur frigiditatem nam oēs ꝯueniunt in hoc quod aqua est magis grauis quā leuis ⁊ qꝺ aqua est magis frigidi quā humidi vnde inquit Com. in primo celi ⁊ mundi. com. xvij. qꝺ aqua est magis grauis ꝙ̄ leuis: qꝛ descendit in duo bus elementis. scilicet igne ⁊ aere ⁊ ascendit in vno tantum nā si esset in centro mundi idest in loco naturali terre moueretur ad concauitatem aeris. ¶ Aduerte igr̄ quod in elementis con trarietatem habentibus in ambabus qualitati bus sicut ignis ⁊ aqua grauitas ⁊ leuitas insequ untur contrarias causas videlicet caliditatem ⁊ frigiditatem in habentibus autem simbolum secus est nam grauitas in aere qui simbolum habet cum igne in caliditate ⁊ cum aqua in hu miditate grauitas insequitur humiditatem ae ris: in aqua vero frigiditatem: Et in terra sicci tatem vt bene demostrat ratio ⁊ ratio totius est qꝛ elementa non sunt eiusdem rationis inter se nec compositis comparata vt dicit. Comē. loco preallegato. Et ita dicendum est de leuitate qꝛ in elementis contrarijs in ambabus qualitati bus insequitur contrarias causas nam in igne est leuitas merito caloris ⁊ qꝛ caliditas est sum ma in igne ideo est summa leuitas: In aqua autem grauitas insequitur frigiditatem nō hu miditatem quia ad humiditatem sequebatur in aere. Et qꝛ aqua est plus frigida quam humida ideo est plus grauis ꝙ̄ leuis. ¶ Sed dices qꝺ aqua sit summe frigida igitur debuit esse sum me grauis negatur consequentia tum qꝛ nō seq tur summa caliditas est causa summe leuitatis igitur summa frigiditas est causa summe graui tatis qꝛ frigiditas nō est tante formalitatis quā te est caliditas sed solum sequitur quod summa frigiditas est cā grauitatis. Tum ēt qꝛ summa leuitas sequit̄ summam caliditatem cum tanta distantia ⁊ non absolute vt dicit Comen. in pri ma disputatione ad. xi. ⁊ cā grauitatis terre est maxima distantia ⁊ ideo minor frigiditas inten siue est sufficiens. Tum etiam quia non sunt ce tera paria quia frigiditas aque est iuncta hu miditati que habet rarificare aliquo modo ⁊ ex consequenti impedit summam grauitatē. Ideo dicimus grauitatem summam insequi summā siccitatem sicut illam que est in terra presertim cum illa sit associata frigiditati. ¶ Sed dices cum aqua sit grauior aere igitur aqua est humi dior aere: patet quod consequentia nulla est qꝛ grauitas in aqua non ꝓuenit ab humiditate sꝫ a frigiditate. Sicut in igne quod est elementum contrarium leuitas ꝓuenit a caliditate. ¶ Si autē replicetur summus effectus ꝓuenit a sum ma causa sed leuitas in vltimo ꝓuenit a calidita te in vltimo igitur grauitas in vltimo ꝓueniet a frigiditate in vltimo sic enim contrarioꝝ effe ctuum erunt contrarie cause. ¶ Soluitur quod vera est ꝓpositio quod effectus in vltimo ꝓue nit a cā in vltimo sed tūc dico qꝺ in simplicibus grauitas in vltimo ꝓuenit a distātia ⁊ siccitate in vltimo que debetur ipsi terr̄ vnde. Com. in. p̄. cantice canticoꝝ. Auicē. inquit terra est siccior igne. Et aer est humidior aqua sic itaqꝫ effectus intensus in summo insequitur summā causam vnde qñ cause contrarie aliquoꝝ effectuum nō sunt eque potentes nec sunt cause adequate illo rum effectuū contrarioꝝ qui sunt intensi in vlti mo non oportet quod habeant vt sic attribui cō trarijs causis sub tali gradu summo quod suffi cit eo modo quomodo potest esse: modo graui tas ⁊ leuitas in simplicibus non solum actiuas qualitates insequi possunt verum etiam passi uas vt vidisti. Et ista videtur esse verior opinio que teneri potest in hoc in via. Arist. ⁊. Com. in varijs ⁊ diuersis locis. ⁊ non mihi īnotuit nisi in longo tempore. Et non sine maximo labore vite mee. ¶ Et si obiciatur contra istam opinionem per auctoritatem. Comē. in tertio celi ⁊ mundi in. com. lxvij. vbi habet quod ignis ī actu habet caliditatem ⁊ siccitatē in summo Possumꝫ dupli citer respondere primo qdem qꝛ arguit ad ho minem idem. Auice contra quem arguit ibi te nebat qꝺ ignis habet ambas qualitates in sum mo vt est videre in libro de celo ipsius. Auicen. cap. vltimo vbi ponit modū generationis ignis ex motu celi vbi expresse ponit calorem ⁊ sicci tatem ignis esse in summo. Et enim ipse met Comē. oppositum tenuit in alijs locis vt in. iiij. metheoroꝝ. com. x. ⁊ in. com. xv. sup. p̄. cantice canticoꝝ. Auice. vbi habet aer est humidior aq̄ sed aqua est potentior ad humectandum corpo ra ⁊ ibidem dicit quod terra est siccior igne ⁊ ista videtur fuisse sententia. Arist. in. secundo de gñatione ⁊ corruptiōe in. tex. co. xxij. ⁊. xxiij. vbi Arist. vnicuiqꝫ elemēto videtur attribuere vnā qualitatē in summo ꝑ naturam iustitie distribu tiue inuentam in entibus credendum enim est cum elementa sint de partibus que sunt de inte gritate vniuersi quod maximo ordine inuicem cōnexa sunt iuxta illud diuini Boetij in tertio de philosophica

Margin notes: Dubi. — Solo. — Nota glosam — Dubi. — Solo. — dubiū — Solo. — Repli. — Solo. — Dubi. — Solo. — Auicē.

Secū. Solo.

de philosophica cōsolatione. Tu numeris elemē ta ligas ¶ Aut aliter dici pōt qd. Auerr. vult ibi ponere differentiā inter elementa existentia in suis locis vbi dicuntur habere esse in actu vel esse liberum ⁊ vt sunt in mixto in quo dicuntur habere esse ligatum ⁊ confusum nam in mixto sunt refracte qualitates eoꝝ sunt ambe remis se a contrarijs. Sed in proprijs locis habent qualitates insummo idest non remissas per cō trarium noluit autem dicere pp hoc quod ele mentū habet ambas qualitates in summo idest in vltimo gradu qꝛ oppositum dicit in plerisqꝫ locis. ¶ Et ideo vna vnicuiqꝫ elemēto in sum mo debetur altera vero est remissa non m̄ est p admixtionem cum contrarijs non enim semper remissio fit p contrariū vt. Alex. dixit in multis locis vt scribit. Com. secundo celi ⁊ mūdi. com. xv. quod dicit qꝛ in celo est differentia sm ma gis ⁊ minus in nobilitate qꝛ vna pars est nobi lior alia nam stella est nobilior pars sui orbis ⁊ pp hoc non sequitur vt sit celum compositū ex

Causa erroris

contrarijs virtutibus. ¶ Quod autē multi de cepti sunt in credendo oppositum ⁊ quod terra sit summe frigida pp maximam remotionē ce li que largitur frigiditatem ⁊ grauitatē ⁊ quie tem vt dicit. Com. secundo celi ⁊ mundi. comē. xxiij. nihil est qꝛ actus actiuoꝝ sunt in patiente disposito ⁊ potest aliqs effectus ex diuersis cau sis variari vnde terra non est capax summe fri giditatis qꝛ illa fuit pꝛoccupata ab aqua que nō potuit habere summam humiditatē qꝛ illa fuit pꝛoccupata ab aere qui non potuit habere sum mā caliditatem qꝛ ignis preuenit aerem in hoc natura enim est causa ordinis ⁊ tribuit vnicuiqꝫ quod suum est. ¶ Amplius illa distantia nō suf ficit qꝛ est causa priuatiua ⁊ si inuenitur locus in quo. Arist. ⁊. Com. asserat terram esse frigidis simum vt in primo metheoroꝝ glosa ad intelle ctum datum qꝛ videlicet frigiditas eius nō est admixta calori non tamen in gradu frigiditas terre est maior frigiditate aque imo aqua est il lo modo primum frigidoꝝ ⁊ ista fuit sine dubio mens. Arist. ⁊ Auerr. in secundo de generatiōe ⁊ corruptione ⁊. Alex. afrodisei in. com. super li

ꝯ Aui.

bro metheoroꝝ. ¶ Et quod dicit. Auicē. in hoc non est sufficiens qui respiciens ad solam distan tiam a motu dixit terram esse frigidissimam ⁊ non insequitur consequenter. Auicen. sua pꝛinci pia nam ipse tenuit in prima fen prima doctrina prima in. cap. de complexionibus humoꝝ quod frigidius quod est in corpore nostro est fleg ma ⁊ tamen attribuitur aque apredominio ⁊ me lancolia attribuitur terre apredominio. ¶ Si

Opio. diui Tho.

militer etiam quod dixit diuus. Thomas ibi quod ignis est siccior terra pp caliditatem cōsu mētem ⁊ adurentem humiditatem nam motus celi est causa caloris in eo quod potest calefieri ⁊ ideo necesse est quod in illa materia maxime profundet que semper est iuxta velocissimum motum vnde hec est materia ignis vnde ignis est calidissimum omnium calidoꝝ vt dicetur se cundo metha. ⁊ ideo potentior ē caliditas ignis ad ꝯsumendū humidum quā terre frigiditas ⁊ ideo concludit quod ignis est siccior terra

ꝯ Sen. Tho.

¶ Sed cum reuerentia hoc non mouet qꝛ cali ditas illa ignis non est in actu vt dicit. Alexa. ⁊ Com. ex mente eius in. com. allegato sup li. cāti ce. ⁊ i. iiij. celi. com. xxxv. ibi. n. ē maxima raritas ⁊ nō ē caliditas illa ꝯbustiua sic est caliditas isti i us ignis q est in extranea mā iste. n. est q est in fi ne ebullitionis ⁊ feruoris vt dicit. Comē. in secū do de generatione ⁊ corruptione in. comē. xxij. vbi expresse inquit ⁊. Alex. dicit quod hoc non inuenitur nisi in igne qui est hic: ignis autem q est i vltimo ꝯtinētis nō est in fine caliditatis Et ebullitionis. ¶ Et hoc vt alias declaraui intel

Quo calidi tas fit. in sum mo in igne ⁊ quō nō

ligitur quantum ad actum secundū qꝛ non sum me calefacit ille ignis pp maximam raritatē nā vt inquit. com. secūdo de animis. com. xcvij. maxima dimensio quam recipit materia est ra ritas cum qua stat forma ignis tamen bene ca liditas illa quantum ad actū pꝛimum in illo igne est summa in gradu ⁊ ideo. Comen. ibi. dicit ⁊ in hoc est questio de qua pꝛscrutabimur. ¶ Di co igitur quod illa caliditas ignis licet sit suffi ciens ad consumendum omnē humiditatē ta men non est sufficiens ad largiendū summā sic citatem: qꝛ illius non est capax materia ignis sꝫ materia que stat sub forme terre vnde in gradu terra est siccior igne licet siccitas ignis non sit p mixtione alicuius humiditatis facte remissior vnde imaginari debemus celum ⁊ naturam lar giri ordine quodam huiusmodi formas ⁊ quali tates qꝛ bonū vniuersi ꝯsistit in ordine. ¶ Et qd

Egid. Rom. ꝯ. Egi.

dixit ēt dominus. Egidius romanus in illa que stione distinguendo de duplici frigiditate inuen ta in elementis virtuali videlicet seu celesti ⁊ elementari Non videtur cum supportatione di ctum rationabile in via peripatheticoꝝ pꝛeser tim ponentium corpora celestia agere lumine ⁊ motu vt declarauit. com. egregie in secundo ce li ⁊ mundi in. com. xlij. tum etiam qꝛ non opor tet multiplicare entia sine necessitate in vis ip sorum vnde ipsi omnē alterationem in substan tia in istis inferioribus reducūt ad quattuor pꝛi mas virtutes seu qualitates elementoꝝ vt est vi dere a philosopho in secundo de generatione ⁊ corruptione ⁊ in quarto metheoroꝝ. ¶ Et simi liter non sufficienter ex combinationibus virtu tum istaꝝ philosophus venatus fuisset numerū quaternarium elementoꝝ vnde rationes istoꝝ re spicientium ad distantiam celi in hac materia videntur peccare per fallatiam consequentis si bene consideras. ¶ Preterea etiam sensus ta ctus de qualitatibus tangibilibus est verus iu dex ⁊ nō videmus aliquam differentiam inter frigiditatem quam Egidius nuncupat celestē ⁊ illā que est elementalis. ¶ Sed remanet vna

Diffi cultas ꝯ deci sionē.

difficultas contra istam decisionem qꝛ. Arist. in quarto metheoroꝝ in. tex. com. xxxix. inquit di cuntur autem elementoꝝ pꝛꝓpꝛiissime sicci quidē terra humidi vero aqua: Et ita videt quod aqua

Sol.

erit pꝛimū humidoꝝ. ¶ Nisi esset quod. Arist. loquitur ibi de istis elementis vt veniunt ad cō

re qz volunt qd ppositiões primi modi sunt in quatuor gradibus ↄstitute in primo gradu sunt propositiones in quibus superius inquid predicatur de suo inferiori vt genus de specie vel sicut ens de deo ꝛ creatura: in secūdo gradu sunt propositiones in quibus predicanẽ quidditatiua predicata in quale sicut qñ predicatur differentia de specie: in tertio qñ tota diffinitio predicatẽ de diffinito: in quarto quando idem predicatur de se ipso. Auerr. aũt ꝛ antiqui peripathetici volunt predicata primi modi dicendi p se esse solum tribus modis vñ. Com. vij. metha. com. xi. inquit qd primus modus predicabiliũ essentialiter ↄtinet tria genus ꝛ differentiam ꝛ totam diffinitionem que diffinitio est idem cũ substantia rei ꝛ vniuersaliter predicabilia substantialia sunt illa que adunanẽ cũ subiecto ꝛ adunãtur ad inuicẽ ꝛ accidentalia ecõuerso ꝛ immorari in hoc amplius est superfluum.

propõ. xxxv.

¶ Si vnum contrariorum fuerit in rerum natura erit ꝛ reliquum.

Ropositio ista est. Arist. in. ii. celi ꝛ mundi in. tex. com. xviii. ¶ Aduerte quod contrarietas qñqz sumitur communiter ꝛ sic se extendit ad opposita ẽm priuationem ꝛ habitum qñqz sumitur proprie ꝛ sic est inter formas positiuas distinctio est. Aue. in. p. physi. co. xli. dico tunc qd non hꝫ locum propositio philosophi in ↄtrariis communiter dictis sicut sunt habitus ꝛ priuatio qz non opꝫ si finituꝫ sit quod infinitum sit ꝛ si est plenũ non oportet quod sit vacuum sed intelligiẽ in ↄtrariis proprie dictis nã talia sunt ad perfectionẽ vniuersi ꝛ vniuersum perfectũ est ꝛ ideo si vnuꝫ ↄtrarioꝝ fuerit in rerum natura opꝫ quod sit reliquũ. ¶ Habet ẽt veritatem ẽm physicam ↄsiderationeꝫ fallit aũt propositio ẽm logicam ↄsiderationeꝫ nã. Arist. in predicamentis inquit in sermone de oppositis non opꝫ si vnũ ↄtrarioꝝ fuerit qd sit reliquũ nam si oẽs homines sint albi: nigrũ non erit naꝫ hoc est ẽm diuersas ↄsiderationes naturalis. n. sequitur naturas reꝝ ꝛ perfectionem vniuersi ↄsiderat ꝛ sic verum dicit qz quelibet forma cõtraria positiua est de pfectione vniuersi ꝛ ideo vna existente debet eẽ altera: sed logicus sequiẽ imaginationem rõnis ẽm possibilitatem logicã que est res hñs latitudinem satis amplam ꝛ sic dicit non implicare ↄtradictionem vno existẽte de nũero ↄrioꝝ aliud nõ existere ꝛ in multis ↄsimilibus aliter dicit. Artifex rõnalis ꝛ aliter. Artifex realis nam. Ari. in predicamentis in. cap. de quantitate ↄsiderans quantitatem ẽm simplicem ↄsideratioñẽ dixit quantitati nihil cõtrariari sed naturalis qui considerat quantitatem vt est terminus motus dicit in ea esse contrarietatem ẽm perfectũ ꝛ impfectum vt pꝫ. v. physi. tex. com. xviii. ꝛ vnus quisqꝫ verũ dicit ẽm suaꝫ considerationem ꝛ hoc etiam inuenitur in aliis scientiis nam nãlis dicit motui circulari non inesse ↄtrarium ꝛ geometer imaginatur in motibus circularibus contrarietatẽ vt pꝫ primo celi ꝛ mundi. com. xxxii: ꝛ multa consimilia inuenies in quibus diuerse scientie ẽm diuersas abstractiones diuersa dicunt.

¶ Materia negatiõe cognoscitur.

ppositio. xxxvi.

Ropositio Arist est in. x. prime phic. t. com. xxiiii. aduerte igitur qd materia duplex est prima ꝛ secũda materia prima est natura: sed materia secunda est naturatum siue hñs naturam: prima enim materia est substãtia simplex sed secunda est substantia composita ex materia ꝛ forma siue sit materia alterationis tantũ siue sit materia alterationis ꝛ compositionis simul. propositio igitur veritatẽ hꝫ de prima materia principaliter vt dicam. ¶ Sed est difficultas: qz Aristote. p. physi. tex. co. lxix. inquit subiecta quidem natura scibilis est per analogiã ad formam quemodo igiẽ materia negatione cognoscitur. ¶ Nisi esset quod duplex est notio materie vna quã dat prima nostra cognitio naturalis que a sensatis ꝛ nobis notioribus proficiscitur iuxta illud. Ari. in primo physi. tex. co. ii. innata ẽ nobis via a notioribus nobis ad notiora nature ꝛ qz transmutatio substantialis est operatio mẽ vt subiecti vt inquit. Com. p. celi. com. xx ꝛ ẽt. vii metha. com. ix. ꝛ. viii. metha. com. xii: ideo naturalis cognoscendo materiam per transmutationem substãtialem per analogiã cognoscit eam ad formam vel ad hñs formam vnde. vii. metb. tex. comẽt. vii. dicitur quod materia est veluti es nam sicut se hꝫ es respectu statue ꝛ vniuersaliter materia reꝝ artificialiũ ad formas artificiales ita se habet materia prima ad formas naturales vñ materia in hac prima cognitione ꝛ primo occursu de se cognosci non potest vñ. Arist. in. vii. metb. tex. com. xxxv. materia ẽm se est ignota ꝛ reddit causam. Com. de hoc in primo physi. co. lxix. dicens quod qz prima materia non habet quiditatem in actu intellectam ab ea ideo non est nota de se nam sicut supra dictum est actus qui est quiditas est ratio pp quam aliquid est primo intelligibile sed qz materia est primo diuersa a forma que est quiditas qz non est forma nec habens formã ideo de se est ignota ꝛ non cognoscitur in prima cognitione naturali nisi per formam vel in habitudine ad habens formam. Et talem cognitionem habet naturalis de materia nam vt a naturali materia consideratur diẽ relatiue ad formã sed postqꝫ materia sic innotuit in naturali philosophia scientia diuina habita ista cognitione a naturali qz vt inquit. Com. p. physi. com. vltimo ꝛ. vii. metha. com. ix. esse prime materie non nisi via transmutationis substantialis ꝛ per ↄñs medio naturali põt innotescere tunc diuinus considerat ipsam in se vt est ens ꝛ vt est substantia que

Dissicultas

Solo.

Nota

substantia que non est forma nec habens formã ⁊ est sic concepta per negationes cuiuscũqz forme ⁊ cuiuscũqz priuationis sic enim materia negatione cognoscitur vñ. Comentator ibi in.co. inquit materia negatione cognoscitur cũ dicit materia est priuatio forme intellectus enim vt scribit. Comen. xii. metha. comen. xxxix. innatus est diuidere adunata in esse sicut diuidit materiam a forma ⁊ isto modo materia intelligit esse vna numero vnitate numerali priuatiue non positiue sicut sortes positiue dicitur vnus numero ab vna forma dante sibi vnitatem sed per carentiam forme dantis talem vnitatem dicitur materia vna numero ⁊ ista consideratio de materia vt inquit. Comentator ptinet ad primũ philosophum ⁊ isto modo materia non hz esse nisi in anima nam manifeste pz quod materia extra animam non inuenitur cum priuatione omnium formarum qr tunc quod non est in actu esset in actu secundo .i. physi. commen. xv. sed intellectus põt intelligere materiam per priuationem omniũ formarũ qr intellectus est altior virtus quã sit natura ⁊ multa põt diuidere que natura non potest ⁊ hoc dicit. Comentator. xii. meth. co. xiiii. sicut distinctissime deinde repetit in libro de substantia orbis non est autem intelligendũ per illa verba quod materia de se ens non sit aut essentia sed per formam vt quidã male interpretati sunt nam licet materia non sit in effectu aut in actu nisi per formam tamẽ essentia materie est alia ab essentia forme non enim forma causa est quod materia sit materia licet forma sit causa pp quã materia existit vnde. Boetius in libro de vnitate ⁊ vno omne esse est a forma quod philosophi describentes dixerunt esse est existentia forme in materia. ¶ Et aduerte vt alias dixi quod omnis cognitio quã hz naturalis de materia est relatiua sic enim. Arist. dixit in. ii. physic. tex. com. xxvi. materia relatiue dicitur ad formã

Dubi. ¶ Sed contra hoc quidã dubitauerunt naz ista materia est materia est naturalis nam si ista ptineret ad diuinũ tunc diuinus cognosceret essentias rex in particulari Amplius. Com. expresse vii. meth. co. ix. dicit qd nãlis ꝯsiderat de prima materia vt materia est.

Solo. ¶ Nisi esset quod vt dicit lucidissimus Themistius in digressiõe de potentia ⁊ priuatione materie primo physi. nomẽ materie relatiue dicitur nã materia est ex quo fit aliquid vt inexistente ⁊ vt dicit nomen materie respicit futura sed nomen subiecti respicit presentia materia eniz qualitatibus sensibilibus informata ex materia auctoritate Boethi trãsit in subiectum nam ea ex quo statua fieri põt materia dicitur statue vt autem stat sub forma statue dicitur subiectuz ⁊ ideo bene materia vt mãteria pertinet ad naturalẽ qr est adhuc materia forme ⁊ dicit adhuc relationẽ ad formam vnde Comentator in eodẽ. comẽ. ix. vii. metha. paulo infra declarãs quomodo prima materia cognoscitur a naturali inquit qd materia cognoscitur a naturali vt est principiũ transmutationis patet autem qd ista est consideratio relatiua sed diuinus est qui solus põt cognoscere materiam sub rationibus absolutis ⁊ transcendentibus dum ꝯsiderat ipsam inquantum ens inquantũ substãtia ẽt considerat ipsam inquantũ est in potentia vt dicit ibidem naz potentia ⁊ actus sunt de differẽtiis entis vt pz. ix. meth. tex. co. primi. tñ naturalis ꝯsiderat ipsam magis limitate vt est ens in potentia p transmutationem nam cum materia fm eẽ reale quod hz extra aĩam cũ habeat entitatem diminutã ⁊ potentialẽ fm quã non potest p se existere ꝓprius ⁊ adequatus conceptus eius est ille quem hz naturalis licet in relatione ꝯsistat licet entitas materie in sua prima notione sit ens p se .i. absolutum qr est substantia ⁊ sic pertinet ad diuinũ vt dicit. Com. ii. physi. com. iiii. ⁊ xxi. ⁊ in plerisqz aliis locis.

Difficultas ¶ Sed est dubium de forma an vt a naturali consideratur semper relatiue consideretur ⁊ videtur per auctoritatẽ philosophi in. ii. physi. tex. com. xxvi. quod sic. ¶ Amplius est auctoritas. Comẽ. iii. physi. com. xvi. scire quidditates vltimoꝝ principioꝝ est difficile ⁊ scire materiam sine forma aut formam sine materia est impossibile. ¶ Ex aduerso autem est auctoritas. Comẽ. vii. prime phie com. viii. in calce com. vbi inquit ⁊ cum induxit ratiocinationes ex quibus apparet quod materia est magis substantia ⁊ dixit sed impossibile est vt materia sola sit sba: cum opinatur quod intentiones separabiles in intellectu scilicet que non intelliguntur in respectu aliorum: sed que intelliguntur per se sunt magis substãtie ⁊ ideo existimatur quod forma sit ẽt substãtie cũ sit quiditas quã significat diffinitio vbi pz quod forma est de numero eoꝝ que intelliguntur per se. Et non in habitudine ad aliud.

Solo. ¶ Et licet magnus Alber. hoc derilinquat sub dubio tamen vr mihi quod idem sit vtriusqz iudicium in hoc quia forma non ꝯsideratur a naturali inquantum sba nec in quantũ ens vt pz. xii. metha. v. ⁊. vi. com. sed consideratur vt est principiũ aut terminus transmutationis ⁊ per ꝯñs relatiue concipitur nec diffiniri potest sine materia forma naturalis vt dicit. Com. ꝑ. de anima. com. xvi. ⁊ pz manifeste in diffinitione anime in qua ponitur corpus organicũ. ¶ Ad auctoritatem igitur. Com. dico quod substantia forme est magis indepẽdẽs quã substantia materie nam materia est pp formam ⁊ intelligitur pp formam non sic autem est de forma materia enim est pp formam non forma pp materiam secũdo physi tex. com. xci. vñ. Auicẽ. v. sue. meth. dicit materia est materia forme sed non est causa forme licet. Auer. illud quõqz concedere videatur vt pz. ꝑ physi. comẽ. lxxi. ⁊. ii. physi. comen. xxx. ⁊ forma dicitur relatiue ad materiam qr materia dicitur relatiue ad formam idem enim est iudicium sicut de potentia ⁊ actu vt pz. ix. metha. tex. com. xiii. nam potentia reducitur ad materiam ⁊ actus ad formã vt dicit. com. xii. metha. com. xxvi.

Nota

propo. xxxvii

Infinitum secundum quod infinitum est ignotum.

Propositio est phylosophi primo posteriorum et .ii. metha. tex. com. xiiii. nota tamen quod infinitum in actu intelligi non potest tamen bene potest infinitum in potentia intelligi nam. Auerr. tertio de anima. tex. comē. xix. vult quod intellectus possibilis in propositione vniuersali intelligit infinita in potētia glosa ista est. Comē. ii. metha. com. xiii. et xii. metha. com. xliii. et li. vide. Com. ii. metha. com. xi. super illis verbis philosophi non est intelligere nō statuentem inquit impossibile est nos intelligere lineam infinitam nisi quando accepimus eam finitam et iterando eam infinicies nam finitum infinicies sumptum reddit infinitum isto modo finita vero finicies sumpta reddunt aliquid finitum vt dicit. Arist. in primo posteriorum. ¶ Sed *Instantia* est instantia nam intellectus humanus potest habere naturale desiderium ad cognoscendas species omnes numerorum que tamen sunt infinite sed desiderium naturale non est ociosum nec est impossibilium igitur sequi videtur qd intellectus potest intelligere infinitum in actu. ¶ Nisi cēt *Solo.* quod scibilium quedam sunt per se et essentialiter ordinata sicut principia et conclusiones et in talibus non est processus in infinitū vt testatur philosophus in primo posteriorum vbi statuit statum in scibilibus quia ex infinitis non contingit scire vt dicitur in secūdo metha. tex. com. xi. ¶ Alia vero sunt accidentaliter ordinata ita quod vnum non scitur per alterū nec vnū est ratio sciendi alterum et sic est in numeris in quantum scibiles sunt nam vt sic sunt accidentaliter ordinati quia accidit speciei numeri priori vt addatur vnitas noua ad hoc quod fiat noua species numeri et numerus prior non est ratio propter quā scitur aut intelligitur numerus posterior et in talibus non contingit scire ex aliquo vltimo aut ex aliquo primo scibili in suo genere et propter illud omnia alia sciantur quia nullum tale assignari pōt. ¶ Diuini autem in nostra lege propositam propositionem intelligunt veritatem habere de intellectu creato qui finitus est sed fallit de intellectu dei qui *Ratio theol.* infinitus est et actus sue comprehensionis est infinitus talis enim potest comprehendere infinitum.

propo. 38.

Sciētia est necessariorum cognitio

Non intelligitur qd cōditio scientie simpliciter diffinite in primo posteriorum sit quod sit de obiecto simpliciter necessario sicut notat Scotus in prologo primi sententiarū in questione tertia ista .n. fuit imaginatio Platonis propter quā posuit ideas pro saluanda scientia de istis singularibus corruptibilibus vt dicitur in .vii. metha. tex. comē. xx. et xxii. vnde. Scotus assenciēs illi fundamento de necessitate obiecti propter hoc inquit theologiam quo ad veritates contingentium non esse sciam eo modo quo scire simpliciter diffinitur in primo posteriorum quia cognoscere contingens vt necessariū non est cognoscere contingens in eo quod contingens sed est scientia eo modo quo loquitur. Arist. de scientia in .vi. ethicorum pro vt videlicet distinguitur contra opinionē quia est habitus quo verum dicimus. ¶ Sed secundum hoc sequitur *Imp.* quod. Arist. non sufficienter enumerasset omnes habitus intellectuales nam scientia diffinita in libro posteriorū non est dubium quod sit de habitibus intellectus. ¶ Amplius est cōtra Auerr. ibi in com. qui vult quod scientia de qua agit. Arist. in .vi. ethicorū vt distinguitur contra artē et alios habitus stat pro scientia speculatiua. ¶ Amplius sufficit quod scibile quod est ipsum quesitum quod postea fit conclusio demonstrationis sit necessarium ita quod in eo sit essentialis et necessaria habitudo inter predicatū et subiectū quesita enim sunt equalia numero hiis que sciuntur vt dicitur in secūdo posteriorum in tali autem quesito aut queritur propria passio de subiecto aut diffinitio de diffinito manifeste ēt patet quod cōclusiones in quibus demonstrātur passiones de subiectis sunt propositiones per se secūdi modi et per consequēs sunt necessarie conclusiones autem in quibus demonstratur diffinitio de diffinito vt quando demonstratur diffinitio materialis per formalem tamen per mediū sunt in primo modo dicendi per se et per cōsequens ēt tales sunt simpliciter necessarie. ¶ Pro quo animaduerte qd cognitio de contingentibus dupliciter haberi potest vno modo secundum rationes vniuersales et sic talis *cognitio de contingentibus.* cognitio ad eandem anime partem pertinet ad quā pertinet scientificum que est cognitio necessariorum vt ait. Arist. in .vi. ethicorū Alio modo talis cognitio pōt considerari in particulari et *dupliciter haberi potest* sic talia sunt variabilia nec super ea cadit intellectus nisi mediantibus viribus sensitiuis vnde inter virtutes sensitiuas cogitatiua ponitur que dicitur ratio particularis et isto modo cadunt cōtingentia sub operatione et consilio et sic cognitio talium dicitur esse in potentia anime ratiocinatiua siue consiliatiua et sic sunt in intellectu particulari qui est virtus hominis cogitatiua et pōt dici intellectus practicus in particulari Primū istorū dictorū manifestū est quia non est dubiū qd scientia naturalis est tam respectu corruptibiliū corporū quā ēt respectu sempiternorū nam vt dicit. Arist. iiii. methap. tex. com. xxii. de rebus mobilibus possunt formari propositiones immobilis veritatis et sempiterne et ex hoc patet quod plurium com. male sentit in primo celi com. vii. *error plurium Com.* qui voluit artes esse in intellectu particulari cū tamen. Arist. vi. ethicorū capite quarto enumeret artem et prudentiā inter habitus intellectuales quibus anima semper verum dicit patet autem quod per habitum particularē anima semper nō potest verum dicere. ¶ Amplius. Arist. in fine

primi ethicorum

primi ethicorum separat virtutes intellectuales a moralibus ⁊ inter morales enumerat fortitudinem ⁊ temperantiam: ⁊ inter intellectuales enumerat sapientiam intellectum ⁊ prudentiam modo idem est iudicium de prudentia ⁊ arte quia sicut prudentia est recta ratio agibilium sic ars est recta ratio factibilium ⁊ ideo non recte dixit quod medicina sumpta pro habitu vniuersali non est ars sed est scientia: sed sumpta pro habitu particulari resultante ex illo vniuersali in virtute cogitatiua ⁊ etiam prout est ex assuefactione sic est ars. Et tamen totum oppositum est verum quantum ad medicinam sumptam pro habitu vniuersali quia verum genus eius est ars. Nam ex prohemio methaphysice ars est vniuersaliū collectio. Sed scientia proprie prout accipitur in sexto ethicorum sumitur pro scientia speculatiua vt dicit Comentator in comento vnde verum genus medicine est ars non scientia vt dicit Comentator quinto methaphysice comento. xx. vnde medicina proprie est ars: scientia autem est communiter sumendo nomen scientie non proprie vt bene notauit Galenus ibi quod nomen scientie communiter ⁊ non proprie audire oportet. Nam scientia communiter sumpta diuiditur in theoricam in actiuam ⁊ in factiuam vt patet in sexto prime phylosophie textu comenti primi scientia autem factiua idem est quod ars. Manifestum est autem quod medicina verissime est ars: sumendo autem medicinam pro habitu particulari in intellectu practico particulari idest in virtute cogitatiua ille habitus non est ars: sed est habitus particularis ex assuefactione ageneratus ⁊ non est ars: sed est habitus experimentalis distinctus ab arte. Nam differentia est inter experimentum ⁊ artem vt patet in prohemio methaphysice fit enim ars cum ex multis experimentalibus conceptionibus vna fit veluti de similibus vniuersalis acceptio. Acceptionem quidem habere quod Callie ⁊ Socrati hac egritudine laborantibus hoc contulit ⁊ ita multis singularium experimenti est quod autem omnibus huiusmodi secundum vnam speciem determinatis hac egritudine laborantibus contulit vt flegmaticis aut colericis aut estu febricitantibus artis est. ¶ Nec valet responsio illorum qui dicunt quod alio modo sumitur ars in prohemio methaphysice ⁊ alio modo in sexto ethycorum. Nam in prohemio methaphysice sumitur ars pro cognitione factibilium in vniuersali ⁊ sic est habitus vniuersalis in intellectu possibili subiectiue existens sed in sexto ethicorum sumitur pro habitu particulari in virtute cogitatiua existente. Nam vt supra patuit hoc est contra intentionem Aristotelis ibi qui artem ⁊ prudentiam enumerat inter habitus intellectuales quibus anima semper verum dicit qui sunt habitus vniuersales ⁊ ista est mens Auerroys ibidem ⁊ diui Thome. Nam vt inquit diuus Thomas licet cognitio contingentium in particulari fit in intellectu practico particulari tamen cognitio istorum in

Error aliorū.

vniuersali est in intellectu possibili vnde hec est veritas sine dubio. ¶ Reuertamur igitur ⁊ dicamus quod scientia pro tanto dicitur necessariorum pro quanto conclusiones scite sunt vere necessario ⁊ scite per propositiones veras ⁊ necessarias. Nam est habitudo ⁊ dependentia necessaria inter premissas ⁊ cōclusionem scitam per ipsas nam sunt causa vtroque modo ⁊ in essendo ⁊ in inferendo vt dicit Arist. in primo posteriorum. ¶ Et ex hoc patet Error illorum qui asserunt quod demonstrationes sunt de existentibus inquantum existunt ⁊ quod ad esse demonstrationis requiritur permanentia sempiterna secundum speciem. Nam licet verum sit secundum physicam considerationem quod species rerum que sunt ad perfectionem vniuersi sint semper in actu quia vniuersum semper est perfectum. Nam licet in regione nostra tempore hyemis non reperiantur rose tamen in alia regione in qua tunc est ver ⁊ temperies reperiuntur rose tamen istud esse actualis existentie accidit demonstrationi inquantum demonstratio est. Nam demostrationes sunt de vniuersalibus que sunt cognita per intellectum talia autem abstrahunt ab hic ⁊ nunc vnde lucidissimus Themistius primo posteriorum capite. xix. super illo textu Eorum que sepe fiunt vbi Arist. dicit in textu manifestum est autem quod secundum quod huiusmodi sunt semper sunt inquit sed facilis ⁊ absoluta defensio est earum rerum que certis interuallis redire in suos orbes videntur. Forma tantum communis in demonstrationem venit nec enim de vno aliquo defectu hoc vel illo: qui hac vel illa hora compareat demonstratio accipitur sed de omni quem ex talibus causis prouenire necessarium ⁊ perpetuum est. ¶ Amplius Arist. vii. metha. tex. comen. lv. vult quod de indiuiduis sempiternis vt est Sol ⁊ Luna neque diffinitio neque scientia per demonstrationem haberi potest immo iste est vnus de erroribus contingentibus circa vniuersale vt patet primo posterior. in illo cap. Oportet autem non latere ⁊ est quod quū sub aliquo vniuersali non est nisi vnum solum singulare intellectus opinatur quod proprietas que ex natura rei prius est ipsius vniuersalis quod sit prius ipsius singularis cū nil sit accipere extra ipsum vniuersale nisi illud singulare manifestū est autē quod si subiectū demōstrationis requireret actuale existentiā ⁊ permanētiā sempiternā in effectu cū nulla sit verior quā illa que est secundum indiuiduū vt scribit Comē. in. ii. de gñatione ⁊ corruptiōe tex. co. lix. vbi dicit quod ens est melius quā nō ens ⁊ ens verius quā nō verius ⁊ ens secundum indiuiduū quā ens secundum speciem. Et. xii. metha. comen. xxvii. scribit quod verius respectus ē entia particularis. Accideret igitur secundum illam viam quod singularium sempiternorum essent vere diffinitiones ⁊ vere demōstrationes. ¶ Amplius cū res existens sit aggregatum per accidēs quō igitur poterit esse subiectū demonstrationis ⁊ scientie non video. ¶ Et ex hoc patet etiā error aliorum asserentium scientias mathematicas ideo esse certissimas quia dam.

Error Joā. de ganda uo.

Error quorūdam.

diuisionē subiecti qua pp non recipiet diuisionē ꝗ ipsam esse eternā non diuisibilem per diuisio
nē sui subiecti ⁊ ipsam non habere contrarium
succedēs sibi in eodem subiecto quod si ita esset
tunc materia non reciperet aliam formā preter
istam sibi primā. Manifestum est autem quod si
forma ista ſm ipsum ēt recipit in materia ꝑus
natura ꝙ̄ʒ trina dimēsio qđ ipsa remanet indiui
sibilis q᷑ ſm ipsum extensio que ē in formis est
per ſbm extēsum merito dimensionū. Maius
autem incōueniens est ponere aliquam forma ⁊
genericam substantialeʒ esse indiuisibilē ⁊ eter
nam ⁊ remotam a contrarietate quam aliquaʒ
formam specificam testatur hoc experimētum
q᷑ quanto aliqua forma est magis eleuata amā
⁊ magis elongata apotentialitate tanto magis
recedit a cōtrarietate ⁊ diuisibilitate ⁊ accedit
ad vnitatē ⁊ actualitatē vnde forme elementa/
lea pp maximā propinquitatē ad materiā sunt
imperfectissime ⁊ sic ascendendo per ordinē ad
mineralia ⁊ amineralibus ad plantas ⁊ a plan
tis in animalibus in quibus etiā sunt gradus
nam animalia in perfecta ita se habent qđ par
tes eorum decise viuūt habent enim animam
vnam in actu ⁊ plures in potentia sicut in plan
tis sicut testatur. Arist. in. ij. de anima in. text.
com. xx ⁊ vniuersaliter ita est in his que greci
zoofita appellāt id est ancipitis nature inter plā
tas ⁊ animalia: Illa autem que sunt ꝑfecta hoc
non patiuntur q᷑ partes illoꝝ decise non viuūt
vnde quidam ex magnis tenuerunt alas ani/
malium perfectoꝝ esse indiuisibiles: Et ita pa/
tet quod longe inconuenientius est dicere dari
aliquam formā substantialem generalē consiste
re in indiuisibili quā specialē pp genus magis
assimilari materie ⁊ differentiā forme teste por
phirio in. cap. de differentia. ¶ Amplius autē
magis inconueniens pp eandem causam aliquā
formā generalem esse remotā a ꝯtrarietate quā
formam specificam vnde forma ⁊ complexio hu
mana ſm oēs sapientes est magis remota a cō
trarietate ⁊ magis appropinquat nature celi in
quo nulla prorsus est ꝯtrarietas vt testātur etiā
medici ⁊. Auic. in prima fen primi in doctrina
prima. cap. de complexionibus ⁊. Arist. ij de aīa
in tractatu de olfatu ⁊ ē in. tex. co. xciij. ¶ Am
plius quomodo naturalis resolueret vsqꝫ ad pri
mā materiam si habet formā corporeitatis sibi
coheternā naʒ nulla via potest cognosci compo
sitio ex materia ⁊ forma nisi per transmutatio/
nem substantialem vt inquit. Com. ꝓ. phyficoꝝ
com. vltimo ⁊ ꝓ phisicoꝝ. com. li. inquit altera/
tio contrarioꝝ inuicem coegit oēs credere qđ
oīa corpora sunt cōposita non simplicia ⁊ quod
in eis sunt aliqua plura vno ⁊ maxime prima
corpora. s. quatuor elementa: In talibus autē si/
cut ipse testatur. iiij. phisicoruʒ. com. lxxi. ⁊. viij.
phy. com. xxx. ⁊. iiij. celi. xxij. non est nisi prima
materia ⁊ forma elemēti ⁊ ideo non diuiduntur
in partē per se motam ⁊ mouentē ⁊ pp hoc si in
vacuo ponerent non possent moueri ⁊. xij. met.
com. xiiij. expresse habet quod materia non ha/
bet aliquā formā communem ⁊ ideo dicit qđ non
est genus ⁊ dixit. Alexā. scripsisse demostratiue
materiā non eē genus ¶ Amplius autẽ quo/
modo. Arist. solus vidit naturam prime ma/
terie ⁊ Plato fuit propinquus sed non perfe/
cte attinxit q᷑ non distinxit inter ipsam ⁊ priua
tionem vt dicitur primo phisicoꝝ. tex. com. lxxix
manifestum est enim quod antiqui posuerunt
vilum principiū corporale omnium ⁊ multi fue
runt qui illud non specificauerūt aliqua forma
⁊ contrarietate sed dixerūt illud esse separabile
quorum opinionem expresse dānat. Ari. in prin
cipio. ij. de generatione ⁊ corruptione in. tex. co.
ij. ⁊. iij. vbi inquit sed facientes quidem vnā ma
teriam extra predicta hanc autē separabilem ⁊
corpoream peccant impossibile enim sine ꝯtra/
rietate esse corpus hoc sensibile aut enim leue
aut graue aut calidum aut frigidū necesse esse
infinitum hoc quod quidam dicūt eē principiū
patet aūt quod pro tāto illud infinitū asserebāt
vt bene notauit Egidius. Romanus ibi q᷑ po/
suerunt illud non hr̄e formā aliquā specialē sed
generalem. ¶ Amplius error istius opinionis
deprehenditur ex hijs que. Arist. docuit primo
de generatione ⁊ corruptione vbi docuit gene
rationem eē transmutationem totius in totū nul
lo sensibili remanente vt subiecto manifestū est
aūt si materia informata corporeitate ſbali sibi
coeterna cum impossibile sit reperire corpus si
ne ꝯrietate l mixtis generabilibus remaneret
igr̄ in corruptione simpliciū aliquod sensibile
subiectum: hoc aūt falsum est vt inquit. Arist. ⁊
etiā. com. in. iij. celi. com. xxxi. inquit quod in ta
libus forma corrumpitur ⁊ materia induit aliam
formā ⁊ immorari ꝯtra istos amplius in hoc ē su/
perfluū. ¶ Dicamus igitur quod per primam
formā. Auerr. non intellexit formā aliquā natu
ralē ⁊ anaturali considerabilē sed intellexit deū
gloriosum nā. xij. metha. com. v. ⁊. vi. prima for/
ma primus motor ⁊ primus finis sunt idē subie
cto. sed differūt ſm modū ⁊ alias declaraui in
contradictionibus. Auer. qualiter in vno quoqꝫ
genere cause est status vt ꝓbatur in. ij. ꝑme. phi
losophie ⁊ est deuenire ad primū in quolibet ge
nere ⁊ dixi quod licet naturalis considerat oēs
causas non tamen ꝯsiderat oīa ꝑma causaꝝ ge
nere sed tantum duo vʒ ꝑmam materiam ⁊ pri
mū mouēs. diuinus autē considerat duo reliqua
videlicet primū finem ⁊ primā formā vnde. xij.
metha. inquit. comē. v. assignando differentiam
inter inquisitionem quā facit naturalis de prin/
cipiis substantie sensibilis ⁊ inter inquisitionem
quam facit diuinus. Et ista questio differt ab il/
la que est in scientia naturali: qm̄ ista questio in
ducit ad sciendū primā formam omniū entium
⁊ vltimū fineʒ ⁊ prima questio quam incepit in
scientia naturali inducit ad sciendū primam ma
teriā ⁊ formas naturales ⁊ primuʒ motorē: vbi
loquitur in plurali numero de formis ⁊ non di
cit ad primā formā: ¶ Et mirum est de istis q
predicant se esse doctores. Aue. ⁊. Ari. quomo
do adhuc non habent terminos in via istoꝝ vi/
deant queso.

Da in/terpre/tano.

deant queso Arist. hoc aperta voce asserentem in fine primi libri de physica auscultatione vbi sic scribit de principio quidem fm specie vtruz vnum aut plura aut quot aut que sint p certitu dinem prime phylosophie opus est determina re ergo in illud tempus apponat. De physicis aut̄ ꝛ corruptibilibus speciebus in posterius de monstrandis dicemus. Nam qꝛ in p̄ phys. inue stigans principia generationis sensibiliū formaliter iam determinauerat de prima materia posset quispiam opinari qđ ordo requirit vt de prima forma pertractet: ꝛ ipse dicit istam ꝯsideratione pertinere ad diuinuz sed naturalis solum hꝫ de terminare de physicis ꝛ corruptibilibus specie bus ꝛ hoc erat qđ dixit Auer. in prefata auctori tate: ꝛ ēt in eodem p̄ phys. comen. lxix. in calce comenti inquit: qđ entia habent aliud principiū a subiecto ꝛ est forma: sed primum principium in hoc genere non potuit sciri in hac scientia. s. cur primum fm: vbi pꝫ qđ primū in genere cau se formalis non pōt sciri in scia naturali: qđ verum non esset si prima forma esset corporeitas formalis ꝛ ista est opinio eius in. iij. metha. in co. iij. ꝛ. xij. meth. co. v. ꝛ. vi. ꝛ fuit opinio ēt Alexādri vt scri bit ibi Comentator. ¶ Sed hic est ardua diffi

Ardua diffi cultas

cultas pp qđ naturalis sicut ꝯsiderat de prima materia ita ēt nō ꝯsiderat de prima forma ꝛ sicut ꝯsiderat de primo motore cur non ꝯsiderat de primo fine. ¶ Et qđ auget difficultatem est qꝛ si ista sunt eadem fm: ꝛ sciētia. iij. de anima tex. co. xxxviij. secatur quēadmodum ꝛ res ꝯsiderās igit̄ de primo mouente vꝫ posse ꝯsiderare de pri ma forma ꝛ de primo fine ꝛ ecōtra. ꝛ tanto ma gis augetur difficultas qꝛ tunc opinio Auicēne stabit in suo robore dum dixit primum phylloso phum posse demonstrare primum principiuz eē qꝛ dicet qđ non demonstrat ipm esse inquantū est primus motor sed altiori modo vꝫ inquantū est prima forma ꝛ primus finis ꝛ ita ruunt rōnes Auer. ꝯtra ipm p̄ phys. com. vltimo ꝛ. xij. meth. com. v. ꝛ a talibus dubijs p vitam meam nō nisi solers ingenium euadere pōt. ¶ Ad primuz tñ

Solo.

vꝫ rñdere Comē. in. vij. prime phylosophie co. ix. ꝛ inquit qđ illa ex quibus peruenit̄ ad cogni tionem essentie rez ignorate sunt actiones earū ꝓprie: ꝛ actio materie ē transmutatio vult dice re: qđ naturalis hꝫ medium ad deueniendū ad notitiā prime materie ꝛ tale mediū est trāsmuta tio formalis. Non aūt nālis hꝫ mediū ad inuestigā

Repli.

dum primam formam oium entium. ¶ Sꝫ re plicabis sicut ex transmutatione cōi inuenta in generabilibus naturalis demonstrat esse prime materie qꝛ transmutatio est actio materie vt ipse dicit pariformiter ex operatiōe que est actio for marū poterit naturalis demonstrare esse prime

Solo.

forme. ¶ Ad hoc ipse rñdet qđ est rō diuersita tis. Nam forme naturales nō conueniunt in vna actione ꝓpria. sicut gñabilia conueniunt in trans mutatione pp naturā materie in eis inuentam. Nā diuersaꝝ formaꝝ diuerse sunt operationes: vñ prima materia participat a generabilibus ꝛ corruptibilibus ꝛ est intrinseca ps cōpositionis eoꝝ. Nō sic aūt prima forma que liberata est ab

oī materia ꝛ ab oī potētia ꝛ cōpositione ꝛ cōpo nibilitate cū istis. Et ideo ex operationibus for maꝝ sensibiliū nō potuit declarari p̄mā formā esse. Et subdit qđ illud qđ fuit declaratū de illis illic. s. in naturali phylosophia fuit: qđ actiones formaꝝ perueniunt ad actionē p̄me forme que nō est in mā ꝛ est primus motor ¶ Pro quo de bes scire qđ forme nāles dupl'r considerari pñt

Forme nāles dupl'r ꝯsidera ri pñt.

vno mō vt nāles sunt vꝫ vt sunt termini motus ꝛ vt sic ex actionibus ipsarū peruenit nālis ad cognitionē prime forme que nō est in mā sub rōe quā est primus motor: nō sub rōne qua est p̄ma forma: nā in. viij. phys. ostendit̄ qđ oēm motum nouū precessit motus: ꝛ qđ in mouētibus ꝛ mo tis est deuenire ad vnū motū ex se sempiternuz qđ mouet̄ a motore q nō est corpus nec virtus in corpore: ex hoc qđ mouet sempiterno tpe: vt pꝫ tex. com. lxxviij. ꝛ. lxxix. ꝛ ita naturalis ex co gnitione formaꝝ ex suis actionibus que depen dent a primo motu agnoscit primum motorem. ¶ Alio mō forme nāles pñt cōsiderari inquan tum sunt substātie ꝛ isto modo cōsiderant̄ in scia diuina ꝛ ex ista cōsideratione diuinus ascendit ad cognitionē p̄me forme ꝛ p̄mi finis sicut dicit

pulcra ꝛ nota bil' dif ficltas

ibi ¶ Sed tūc est magna difficultas quō ex ista cōsideratione cognoscitur prima forma ꝛ p̄mus finis nā ipse nō declarauit hoc nec aliquis alter expresse dicit aliqđ de hoc. ¶ Dicamus igitur vt inqt Auer. in tertia disputatione cōtra Alga zelē in libro destructio destructionū in solutiōe

Solo.

xviij. dubij qđ esse sensibiliū plures gradus hꝫ: quoꝝ vilior est in materia: nobilior vero illo: est esse qđ hñt in humano intellectu. ꝛ nobilior isto est esse quod hñt in separatis intelligētijs: dein de in dictis separatis intelligētijs dicte forme gradus hñt adinuicē differētes: fm quod diffe runt ille intelligentie adinuicē: ꝛ p cōsequēs no bilissimū esse quod hñt forme: est esse quod hñt in prima intelligētia que est purissima forma li berata ab oī potētia ꝛ imꝑfectione: que est for ma formaꝝ. Et prima ꝛ cōis oium vt dicit Co

Obie.

men. xij. meth. com. xliiij. ¶ Sed dices tūc fm istā declarationē pōt forma dici exēplar prime forme aut idee eius existētis in intellectu p̄me forme: ꝛ ita reddit opinio ponentiū ideas in mē te diuina: cū tñ declaratū sit in. xij. prime phy losophie quod diuinus intell's solū vnū īntelligit

Solo.

vꝫ suaz essentiā: vt pꝫ. xij. meth. tex. co. li ¶ Ad hoc rñdetur quod quelibet forma inquantū est participatio prime forme in certo ꝛ determina to gradu actualitatis ꝛ perfectionis: qꝛ species entium sunt sicut numeri: pōt isto modo dici exē plar: nō aūt sicut ponētes ideas. Unde lucidissi

themi stius.

mus Themistius in. ij. physice auscultationis super expositione tex. xxviij. forma apud Arist. dicitur nōnunquam exemplar: nō eo modo quo hij qui ideas separatas posuere species quasdā nullo materie innexu subsidētes: sed propterea quia diffinita prescripta que est eorum omniuz forma: que a natura ꝓueniunt. hois: equi: bouis fici: olee: platani. Et hoc ēt asseuerat Comen. xij. meth. comen. xviij. dum dicit quod hec sunt

idee quas cominiscitur plato. Et pp hoc antiqui
et peripatetici nuncupant formam lumen seu
radium inquantum participatio est primi lumi
nis: sic igit intelligis modo quo diuinus ex for
ma ꝯsiderata vt sba ꝛ vt ens ascendit ad cogni/
tioné pme forme: qꝛ talis forma nobilissimo mó
ꝯtinetur in prima forma cuius ista est participa
tio ꝛ exemplar inquantú participat de perfectio
ne prime ꝑut est capax. ¶ Sed quo ascendit
ad cognitioné primi finis videamus. Debes sci
re qꝺ deus sublimis est optimú oium: ꝛ sic hꝫ ró
nem finis: ꝛ mouet oia in róne amati ꝛ desidera
ti: ꝛ oia entia hńt appetitú naturalé in participá
do bonitaté primi: fm qꝺ pńt. Et qꝛ appetitus na
turalis in entibus nó pót frustrari: quandoqui
dem deus ꝛ natura nihil frustra faciunt ꝑ celi
ꝛ mundi tex. co. xxxij. ideo oia participant boni
taté fm qꝺ pńt: intm qꝺ et prima materia appe
tendo formam sic participat de bonitate vt dr ꝑ
phyſi. tex. co lxxxi existéte quodá diuino ꝛ opti
mo: ista aút est ró finis optimú esse. Ná. ij phyſi
tex. co xxxi. Qꝺ aút est cuius cá potissimum est
ꝛ finis alioꝝ voluit esse: bonum auté est qꝺ oia
appetút ꝑ ethicoꝝ: vnde. xij. prime phylosophie
tex. co. xxxvi. demonstrat qꝺ mouet sicut appeti
bile ꝛ intelligibile ꝛ p ꝯńs in róne amati ꝛ desi/
derati: ꝛ ista est motio finis. ¶ Ex entibus igit
ꝛ formis vt sunt sbe ꝛ entia participátia bonita
té ꝑuehit intelľs in sciétia diuina ad cognitio/
né summi boni qꝺ naturalr mouet oia vt amatú
ꝛ desideratum: ná oé ens p participationé hꝫ re/
duci ad ens p essentiaꝫ. ¶ Sic igit colligendo
fragmenta ne pereant naturalia bene inquantú
naturalis cognoscit primam materiam qꝛ habet
proprium medium per qꝺ demostratione signi
potest demostrare ipsam esse tale autem est trás
mutatio substátialis qꝛ ista est actio propria ma
teriæ vt subiecti sicut motus é actus mobilis. viii
meth. com. xi. ¶ Similiter pót demostrare pri/
mum motoré esse qꝛ mediú propriú ad illud est
motus ꝛ nullum aliud efficatiam hꝫ ad vere de
mostrandú esse abstractoꝝ vt inquit. Comé. ꝑ.
phyſi. com. vltimo. ꝛ. xij. metha. com. v. vñ. Aui.
peccauit peccato manifesto qui dixit primú phi
losophum demostrare primú principium esse qꝛ
certior illoꝝ sermonum non pertransit ordinem
sermonum probabilium vt declarauit. Com. in
disputatioé quarta in libro destructionú in solu
tione quinti dubij primam autem formam ꝛ pri
mum finem naturalis non cognoscit qꝛ non ha
bet medium ad illa ꝛ diuinus est qui de illis lo
quitur. ¶ Sed animaduerte vt inquit. Comé.
xij. methaſi. in. com. v. ꝛ. vi. quod diuinus postq̄
accepit pro constanti a naturali abstractas sub/
stantias esse tunc declarat quod mouens eter/
nam substantiam est substantia ꝛ est forma ꝛ fi/
nem nam scientia diuina est vltima via seu ordi/
ne doctrine licet sit prima via nature ꝛ perfe/
ctionis. vi. meth. comen. iij. ꝛ. vii. meth. co. xxxix
Et quomodo declaret iam vidisti modú quem
pauci intelligunt. ¶ Et ita patet solutio ad
obiectiones quia licet primus motor prima for/
ma ꝛ primus finis sunt eadem subiecto sunt tń
tria in róne vt dicit Comen. xij. metha. comen.
vi. mó qń ens diuidit fm diuisioné demonstrati
uam non inconuenit vt vna natura ingrediatur
diuersas artes vt scribitur per. Auer. in secúdo
phyſi. com. lxxi. ¶ Propositio etiam philoso/
phi tertio de anima text. comen. xxxviii. scientia
secatur queadmodú ꝛ res intelligitur quo ad
diuisionem que fit per potentiam ꝛ actum ꝛ ista
est intentio philosophi ibi vt intuenti patet vnde
illa propositio solet allegari extra propositum ex
illo loco sicut in quam pluribus aliis euenit: di
cit enim. textus secatur igitur scientia ꝛ sensus
in res que quidem potentia est in ea que sunt
potentia que vero actu in ea que sunt actu vnde
Comen. ibi in. com. inquit res enim quarú dif/
ferentie sunt eedem ipse sunt eedem in illo mo
do fm quem habent easdem differentias intel
lectus igitur est intellectum ꝛ sensus est sensatú
bene autem volo quod distincte scientie sunt de
distinctis rebus formaliter cósideratis sed non
de distinctis secundum subiectuꝫ quia secundo
phy. tex. com. xviii. de eisdem negociatur ma/
gnitudinibus nális ꝛ mathematicus sed tamen
secundum diuersas róes formales. ¶ Sed est
replica nam secundo phyſi. tex: com. xxvi. mate
ria ꝛ forma dicuntur relatiue ꝛ ꝯsiderans vnú
correlatiuú debet considerare de reliquo vt ibi
dicitur cum igitur prima materia dicatur cor/
relatiue ad primam formaꝫ considerans de pri
ma má debet considerare de pma forma similr
secundo capite de substantia orbis finis signifi/
cat agens significatione necessaria igr ꝯsiderás
de primo fine dꝫ considerare de primo mouéte.
¶ Et ad hec dici potest quod licet materia ꝛ
forma vt a naturali ꝯsiderantur in relatione ꝯsi
stant quadam vt alias demostraui non tń secun
dum esse primum relatiua sunt ꝛ ideo materia
vt a naturali consideratur habet habitudinem
ad formas naturales ꝛ ideo naturalis ꝯsiderat
primam materiam ꝛ formas naturales vt dicit.
Comen. in. comen. ix. vii. methaphi. ꝛ phyloso/
phus primo. phyſi. tex. vltimo. ¶ Quod si repli
cet quod prima má etiam relatiue dr ad primá
formam quod extrahi potest. ex dictis. Arist. ꝛ
Com. ix. prime philosophie tex com. secúdi vbi
diffinit potentiam actiuam per passiuam ꝛ ecó/
tra. Auerr. ibi in. com: secundo inquit in diffini
tione. i. omnia potentie passiue accipit potentia
prime mé ꝛ similr in diffinitioé oia poténtie acti
ue accipit diffinitio actionis pme forme que est
diffinitio prime forme que é absoluta a má ꝛ ita
adhuc sicut vides remanet eadé difficultas qꝛ
prima má non soluꝫ dr relatiue ad formas náles
sino et dr relatiue ad primá formam ꝛ tunc ra/
tio. Aristo. si valet in secúdo. phyſi. qꝺ. ꝯsiderás
de materia debet considerare de forma qꝛ re/
latiue má dicitur ad formas náles pariformiter
cuꝫ prima má dicatur relatiue ad pmam formá
debet nális ꝯsiderare de prima forma quia con
siderans vnius correlatiuoꝝ debet considerare
ꝛ reliquú. ¶ Dicimus nos qꝺ má relatiue dicit
ad formas

Quo. deueni/ mus in cogni/ tioé p mi fi/ nis.

Summa dictorum

intellectus p pónis Arist.

obiec.

Solu.

repli/ difficilis.

Solu.

ad formas naturales ⁊ ēt ad primam formaʒ vt bene demonstrat ratio: tñ aduerte quod alia est relatio prime materie ad formas naturales ſm rōnem saltem: ⁊ alia ad primam formam q̄ꝛ primus respectus est vt subiecti ⁊ vt potentie ad actuʒ. Secundus aūt est respectus moti ad motorem. Et ideo semper verum est qð ꝯsiderans vnum relatiuum dʒ considerare ⁊ reliquum verum est sub illa rōne qua sunt correlatiua: sic. n. ꝯsiderans de sensu ꝯsiderat de oī sensibili ⁊ cōsiderans de intellectu ꝯsiderat de oī intelligibili vt dicit Arist. in principio libri de partibus animalium. prima igitur materia vt subiectuʒ ⁊ vt potentia respicit formas naturales: ⁊ sic cōsiderat formas inquantū sunt perfectiones ⁊ actus perficientes materiā vnde quelibet forma quātumcūqʒ perfecta describitur isto modo: vt dꝫ esse actus sue materie dꝫ. n. in diffinitione anime: qð anima est actus corporis organici physici potentia vitam habentis: sed prima materia vt potentia passiua refertur ad primam formaʒ vt est potentia actiua ⁊ sic formaliter dꝫ primus motor ⁊ sic naturalis ēt ꝯsiderat vtrūqʒ sicut diximus vnde Comen. xij. metha. comen. xviij. inquit oēs forme sunt in potentia in prima materia ⁊ sunt in actu in primo motore ⁊ ibidem comen. xxiiij. inquit forma primi mouētis est quodāmodo oēs forme: materia igitur prima vt a naturali consideratur dꝫ relatiue ad formas naturales inquantū naturales sunt: ⁊ ideo de vtrisqʒ considerat: tñ vt a naturali ꝯsideratur dꝫ relatiue ad id quod est prima forma non tñ vt sic: sed inquantum est primus motor ⁊ potētia actiua: q̄ꝛ lʒ ista sint vna res numero. sunt tñ plura ſm rōnes formales. Similiter patet quod finis vt terminat motum pertinet ad illum qui considerat agēs per motuʒ. sed finis vltimus cognoscitur altiori medio quam sit via motus sicut diximus. Et ita mihi videtur in tanta difficultate dicere ⁊ si alij melius possunt dicere dent laudē ⁊ gloriam deo.

propō xxix.

¶ Oportet principia semꝑ manere

Scribitur Ista ꝓpositio in primo physicē auscultationis tex. co. l. Intelligitur tñ isto modo sicut glosat eam Comentator vʒ quod principia non debent esse transmutabilia ⁊ generabilia ex alijs. Nam sicut patet ponderanti ad hunc sensum vadit intentio phylosophi. vult enim ibi ostēdere quod nedum principia non sunt infinita imo ēt quod nec quecūqʒ contraria sunt principia. Nam contrarioꝝ quedam sunt prima ⁊ quedam posteriora: que autē posteriora sunt non possunt esse principia quia facta sunt ex primis. De rōne aūt principioꝝ est quod semper permaneant: hoc est dictu vt permaneant in rōne primi: nam. v. metha. tex. com. primi. De rōne principij est primū esse. ⁊ primo

Glosa Auer.

posterioꝝ idem dico primum ⁊ principiuʒ vnde loquit ibi textus de albo ⁊ nigro: ⁊ dulci ⁊ amaro que sunt extrema cōtraria ex quibus media generantur. Manifestum est aūt quod sicut seminat in premissis sic dʒ colligere in cōclusione si igitur intendit probare quod non omnia ꝯtraria sunt principia: q̄ꝛ principia oportet manere sed contraria posteriora non permanent: q̄ꝛ sūt ex alijs ideo non sunt principia. Si per permanentiam phylosophus intellexisset permanentiam sempiternam ſm genus vel ſm speciē: patet quod contraria ēt posteriora illo modo semper permanent stante eternitate mundi: oportet igitur per permanentiam vt intelligat id quod diximus. ¶ Ex quo patet quod non ꝑ istā auctoritatem oportet ponere aliquaʒ formam coeternam in prima materia nec aliquam priuationem sicut quidam conati sunt dicere. Nā materia non habet aliquam formam nec aliquam priuationem sibi propriam sed est in potētia indifferenter se habens ad quamlibet formam ⁊ ad quamlibet priuationem materia enim non est quid nec quale nec quantuʒ nec aliquid eoꝝ quibus ens est determinatum sed vt inquit Comentator ibidem. vij. metha. tex. co. viij. materia est in potentia ad oīa decem predicamenta ⁊ ad oēs priuationes eoꝝ ⁊ in sui substantia nullam hʒ necqʒ formam nec forme priuationem sicut ēt superius ostendimus contra fingētes corpus de predicamento substantie coeternum in p̄ma materia. ¶ Et aduerte quod vt dꝫ primo physicoruʒ principia generationis sunt tria materia forma ⁊ priuatio ⁊ hoc intellige vniuersaliter respectu cuiuslibet generationis siue sit generatio simpliciter quemadmodum est in substātijs: siue sit generatio ſm quid sicut est generatio in accidentibus. Nam Arist. ibi tex. com. lvij. ꝓponit se inuestigaturū p̄ncipia generationis in cōi vbi lucidissimus Themistius ⁊ Auer. in cōmēto exponunt ꝑ generationē in cōi tā illam que est ſbā quā illā que est in accidētibus ⁊ aduerte qð est dr̄ia magna inter causas generationis ⁊ inter principia generationis. Nā cause reales generationis sunt due tm̄ vʒ mā ⁊ agēs seu motor. Sʒ principia generationis sunt tria mā forma ⁊ priuatio in plus. n. est principium q̄ʒ cā vt dꝫ. v. metha. tex. co. i. Nam oīs cā principiū, non oē autē principiū cā. Naʒ priuatio principiū est sed nō cā. ¶ Tñ scire debes qð forma ēt dꝫ generationis principiū ꝓprie loquēdo nō tñ cā vt ostēdā primū ꝓbatur q̄ꝛ generatio vt est qdam motus seu mutatio requirit terminos duos oppositos ⁊ reqrit ſbm q̄ꝛ trāsmutatio est actus trāsmutabilis inquantū trāsmutabile tale aūt mā est terminum aūt sunt priuatio ⁊ forma q̄ꝛ generatio est trāsmutatio de nō esse ad esse ꝓ quāto igit generatio in sui intellectu ex istis tribus intrinsece cōponitur sicut ⁊ motus qui teste Auerroe. v. physicoꝝ comē. iij. ex istis tribus in sua ſbā ꝯponit vʒ ſbo ⁊ termino a quo ⁊ termino ad quē nō loquendo de causis extrinsecis sicut est motor ⁊ tꝑs sic forma erit gn̄ationis p̄ncipiū. ¶ Secū

Cōtra ponentes formā corporeitatis.

Drīa inter cās ⁊ p̄ncipia generationis.

dum dictum ostenditur quod forma non est ge/
nerationis causa:quia causa est ad cuius esse se
quitur aliud modo ad esse forme in materia ces
sat generatio primo enim de generatione ⁊ cor
ruptione tex.com.lv.habitibus presentibus in
materia nondum generatur aliquid sed iam
est. ¶ Et hoc confirmatur pulcra auctoritate
phylosophi ⁊ Comentatoris in secundo de ge/
neratione ⁊ corruptione in tex.com.lij.quod di
centes causam generationis materialem recti
us dicunt cum dant causam transmutationis in
quantum est transmutationis principium. Alij
autem non dant principium conueniens trans/
mutationis. Forma enim cum inuenitur quiescit
transmutatio:quomodo igitur potest esse causa
transmutationis vnde in esse reali iste due sunt
vere cause generatiōis videlicet materia ⁊ mo
tor vt potes colligere ex.ij.physi.tex.com.lxxij.
⁊ primo de generatione tex.com.xiiij.vnde.viij
physi.super hoc fundamento Arist.⁊ Comen.
arguunt quod si mobile semper fuit ⁊ motor
semper fuit quare igitur motus nō fuit semper
patet autem quod si alia causa esset realiter ne
cessaria ad causandum motum quam mobile ⁊
motor quod tunc argumentum eorum procede
ret ab insufficienti. Forma autem ⁊ finis nō sunt
causa realis respectu generationis loquendo
de fine generationis nisi methaphorice vt fatet
Arist.in ꝑ de generatione ⁊ corruptione tex.co.
lv.sic igitur intelligis quomodo principia cuius
libet generationis oportet semper permanere.
Et quomodo principia cuiuslibet generationis
sunt tria materia forma ⁊ priuatio quia in intel
lectu cuiuslibet generationis cadunt termini ⁊
subiectum ⁊ cum hoc cause reales cuiusli/
bet generationis sunt materia ⁊ agens seu mo/
tor ⁊ ita volo intelligi dicta mea quantum ad
hoc:super hūs que dixi dum essem iunior in cō
cordantijs Auer.in primo de generatione ⁊ cor
ruptione super comento.xiiij.⁊ in.ij.de genera/
tione in comento.lij.vbi occulte tetigi istam so/
lutionem vbi dixi quicquid sit de principijs ge/
nerationis in esse rationis due tamen sunt cau
se in esse reali nunc autem declarando mentē
meam dico secus est de principiis generationis
loqui secus de causis principia tria sunt. Cause
vero due q2 sumo cām ad cuius eē sequit aliud
nō aūt sumo cām methaphorice causantē. Pro
hoc vide tex.co.xxiiij.xij.meth. ¶ Et aduerte
ēt qd̄ proposita propositio que dicit quod princi
pia oportet manere quia non fiunt ex aliis nec
ex alterutris ⁊ quecūq3 fiunt fiunt ex eis vt dici
tur primo physi.tex.com.xlii.intelligitur in ge/
nere cause materialis ⁊ intrinsece ⁊ per hoc tol
litur instantia de intelligentiis que sunt princi/
pia extrinseca ⁊ remota sicut diximus respectu
sensibilium generabilium ⁊ corruptibiliū:prin
cipia autem que inuestigantur de generatione
in comuni rerum naturalium in physicis sunt
principia intrinseca existentia in re vt patet pri
mo physicorū tex.com.vi.⁊.vii.⁊.lvii.intelligē
tie autem sunt principia entium sensibilium nō
inquantum sensibilia sunt sed inquantum entia
⁊ inquantum substantie sunt in genere cause ef
ficientis ⁊ finalis vt dicit Comen.xii.metha.
com.xxxvi.⁊ etiam formalis quoquomodo sicut
rex dicitur forma serui.xii.metha.comē.xxxvii

dubiū.

¶ Sed dices tunc igitur forma non esset prin
cipium quia fit ex materia ⁊ de ratione princi/
piorum est quod non fiant ex alterutris. ¶ Re

Solo.

spondetur negando assumptum quia forma nō
fit sed compositum ex materia ⁊ forma per se
fit vt dicitur.vii.metha.tex.com.xxvi.⁊ Comē/
tator ibi dicit notabiliter in comento agens non
facit in alio aliud sed ex alio aliud nō.n.facit in
materia formam:sed facit ex materia formatū ⁊
xii.meth.comen.xviii.inquit Imaginatio super
creationes formarū fecit existimare ydeas esse
⁊ datorem formarum ⁊.vii.metha.comen.xxxi.
consimilem sententiā habet vnde Arist.in hoc
precipue aduersatur platoni quod non fit per
se forma nec materia sed sinolon.i.simul totum
idest compositum actus enim ⁊ generationes
sunt suppositorum.

¶ Eadem sunt principia omnium predicamentorum.

propō xxx.

Propositio Ista scribit.xii. prime phylosophie vbi fuit longe ventilata a tex.com.xix.vsq3 ad textum com.xxvii.

intellē ꝓpōis

¶ Et tandem intelligitur quod sunt eadem ꝓ
portione in omni enim predicamēto est aliquid
simile materie ⁊ aliud simile forme ⁊ aliqd simi
le priuationi. ¶ Silr ēt veritatem h3 de princi
piis remotis fallit de ꝓximis glosa est Auerr.
ibidem com.xxii. Nam principia ꝓxima vnius/
cuiusq3 predicamenti sunt diuersa a principiis
ꝓximis alterius nam teste Themistio coordina
tiones decem predicamentoꝝ sunt impermixte
sunt.n.vt inqt porphirius decē genera genera
lissima tamq3 decē reꝝ prima principia tū prin
cipia remota oīum sunt eade3 q2 principia sbie
sunt principia oīum alioꝝ vt dicit ēt Comen.in
ꝑ physi.com.xxxvi. ¶ Aduerte tū qd̄ si queraf
in quo genere cause principia substātie sunt cau
se principioꝝ alioꝝ ꝑdicāmentoꝝ:dicēdu3 puto
in genere cause materialis sba.n.vt dicit Com.
iiii.metha.com.ii.est cā accidentiū nō ſm agēs
neq3 secundum finem sed q2 est subiectum eoꝝ
⁊ constituuntur per illam ⁊ hoc videtur velle
etiam phs.ꝑ.physi.tex.com.lxxx vbi inqt quod
subiecta quidē mā cum forma cā est oīum eoꝝ
que fiunt sicut mater p3 aūt qd̄ vlr loquif ꝺ oī/
bus gn̄ratis mater aūt ꝯcurrit tāq3 mā in gn̄a
tiōe proli s vt ē sn̄ia pħi in libro de generatione
aīalium ꝑ:vn̄ mā ⁊ forma appellantur principia
mālia generatoꝝ qi sunt in existentia generatis
vn̄ ꝓprie elemēta dicuntur elementum enim ꝓ
prie dicitur de causis intrinsecis existētibus in
re vt dicit Comē.primo physicoꝝ comen.ꝑ l3 ab
antiqs multis vītate loquētibus dicanf pncipia

sicut testatur

sicut testatur phylosophus primo physicorum tex. com. xlviii. inquit enim omnes enim elementa ⁊ ab ipsis vocata principia ⁊ vere ⁊ sine ratione ponentes tamen contraria dicunt tamquam ab ipsa veritate coacti ⁊ ibidem tex. co. lvii. epilogans inquit ex predictis patere elementa non esse vnum vbi Comentator per elementa exponit principia existentia in re ⁊ idem dicit primo physicorum comen. vi. ⁊ vii.

propo. xxxi.

Color ⁊ sapor ⁊ odor sunt passiones mixti corporis.

Vulgata satis est propositio. Tamen sic intelligitur quod tales qualitates secunde cum causentur ex actione primarum sunt proprium mixti quia competunt soli mixto sicut homini esse medicum non tamen omni mixto hec insunt sunt namque mixta que colore carent ⁊ sunt mixta que carent sapore ⁊ que odore. Nam organum visus quodcunque ponatur esse vel pupilla vel humor cristallinus vel nerui obtici colore carent oportet enim organum visus abscolor esse vt patet. ii. de anima tex. co. lxxi. Et ibi dicit quod sic oportet primum omnium colorum dz esse abscolor ⁊ receptiuum soni dz esse absonum ⁊ ibidem comento. cxviii. inquit Comen. ⁊ intelligo quod sensus tactus impossibile est vt careat simpliciter calido ⁊ frigido ⁊ sicco ⁊ humido sicut fuit in visu colore ⁊ in auditu carere sono ⁊ ideo isti sensus comprehendunt sua sensibilia secundum totum: sensus autem tactus solum extrema comprehendit ⁊ idem dicit in comento sequenti ibidem ⁊ in. iii. de anima come. lxvi. ¶ Amplius medicorum sententia datur vrina sine colore vt testatur Auicen. in. ii. fen primi doctrina tertia ⁊ est illa que est tenuis translucens ⁊ translucentia per certo non est nisi omnium colorum priuatio ⁊ est in promptu ratio quia color secundum Arist. in libro de sensu ⁊ sensato est extremitas perspicui terminati: modo nullum translucens est terminatum ⁊ tamen tale est mixtum datur ergo mixtum sine omni colore. Et idem dicendum puto de sapore ⁊ odore ⁊ sono. Unde Comen. ii. de anima comen. xxxi. inquit quod sunt animalia quedam que nutriuntur ex rebus carentibus sapore: vt spongia maris que nutritur ex radicibus. Manifestum est autem quod nutrimentum est corpus mixtum simplex enim ⁊ purum elementum vere nutrire non potest ex eisdem enim nutriuntur mixta ex quibus constant vt dicit phylosophus in. ii. de generatione ⁊ corruptione tex. co. l. Nam vt inquit quod vno solo videntur nutriri vt aqua plante multis nutriuntur mixta est enim aque terra ideo rustici tentant miscentes irrigare. ¶ Amplius Auerroes quinto colliget cap. xxvii. inquit non est necesse vt omne mixtum saporem habeat vt est demonstratum in naturali phylosophia: siquis autem contra predicta de colore instare voluerit auctoritate phylosophi in libro de sensu ⁊ sensato vbi inquit omnia corpora colore participant sciat ibi colorem summi communiter pro qualibet qualitate visibili in quo sensu nos non loquimur: sed sermo noster verus est de colore proprie dicto qui est extremitas perspicui terminati.

propo. xxxii.

Cause contrarie sunt contrariorum effectuum.

Propositio vulgata nimis ⁊ est Arist. in iiii. metheororum in tex. co. xl. intelligitur autem per se nam idem per se non erit eidem causa contrarii vt ipsemet Ari. testatur ibidem in tex. com. xxxv. per accidens autem non inconuenit quod causa eadem faciat contrarios effectus sed vnus erit per se reliquus autem erit per accidens. Nam caliditas per se calefacit sed per accidens infrigidat sic enim eadem erit causa contrariorum vt dicit Arist. in. ii. physice auscultationis tex. com. xxx. Et datur exemplum de nauta qui sui presentia est causa salutis nauis ⁊ sui absentia est causa submersionis manifestum est autem quod absentia naute non est causa per se submersionis nauis quia effectus per se positiuus requirit aliquam causam per se positiuam talis autem causa sunt venti. ¶ Similiter etiam locum habet in eadem natura ⁊ in hiis que sunt eiusdem rationis: quia stat quod a causis contrariis proueniat vnus ⁊ idem effectus in hiis que sunt diuersarum rationum ⁊ naturarum nam coniungi sine motu suo fini competit terre in istis inferioribus ex sui imperfectione ⁊ hoc quidem competit abstractis substantiis ex sui nobilitate ⁊ perfectione sententia est phylosophi ⁊ Comen. in. ii. celi ⁊ mundi in tex. com. lxvi. vbi ponunt entia esse in quatuor ordinibus ⁊ primus ⁊ quartus ordo est illorum entium que coniunguntur suo fini sine motu ⁊ operatione ex causis contrariis vt notat ibi Comentator quod nota quia si bene considerabis in simili multa inuenies. ¶ Similiter aduerte quod licet cause per se contrarie sunt contrariorum effectuum productiue tamen non est necessarium vt ab illis vniformiter se habentibus proueniant nam Auicen. inquit in secunda fen primi doctrina secunda capitulo tertio de naturis temporum quelibet caliditas exiccat: sed non quelibet frigiditas humectat ⁊ in eodem loco dicit conuersio ad infrigidandum est leuis ⁊ conuersio ad humectandum non est tam facilis vnde facilius est calefactum infrigidare quam exiccatum humectare. Et similiter facilius est repletum inanire quam inanitum replere ⁊ facilius est pinguem macrum facere quam macrum efficere pinguem. ¶ Similiter cause contrarie sunt contrariorum effectuum vera est propositio de causis immediatis ⁊ proximis fallit in causis mediatis ⁊ remotis vnde indigestio est causa tenuitatis ⁊ grossiciei in vrina vt dicunt medi-

sensu & aliqua consuetudine & pp hoc. Aristo. p.
topicoꝝ dixit capite. ix. qui dubitant vtrum deos
venerari oporteat vel parentes amare vel non
pena indigent qui vero vtrum nix sit alba aut
non indigent sensu cultus. n. dei & amor parentū
sunt principia in lege roborata consuetudine &
ideo a legislatoribus posita est pena corporis af
flictiua niuē autem candidā esse cognitū est sen
su & motū esse etiam patet ad sensus vnde. Ari.
viij. phisice. auscultationis. tex. com. xxij. contra ze
nonem negantem motū inquit omnia igitur qe
scere & huius rationem querere dimittētes sen/
sum infirmitas quedam est intellectus. ¶ Ad/
uerte igitur quod principia comunissima que
habent euidentiam ex terminis & principia co/
gnita per sensum per rationem intrinsecā nega

Nota cāt pp q̄s mul ti non assenti unt pn cipiis sclarū

ri non possunt sed solum ore vt dicit. Arist. iiij.
metha. tex. com. ix. alia tū principia minus co/
munia & que non sunt per sensum cognita amul
tis hominibus non recipiuntur & hoc vt inquit
Comē. p. celi. & mundi. co. xxij. ꝯtingit aut pp di
minutionē ꝯtigentē in nā aut pp paucitatē exer
citatiōis aut pp pessimā ꝯsuetudinē q̄ radicata
est in eis ꝯsimile dicit in. ij. phys. co. vi. & ij. meth.
tex. com. xv. ¶ Prima causa prouenit ex impe
dimento nature q2 aliqui habent cogitatiuam
praue dispositam que est ministra intellectus si
ne qua nihil intelligit anima vt dicit. Aristo. iij.

ꝯ̄ sene cam.

de anima tex. com. xx. & ideo non est vera ex to
to sententia senece dicentis si pulcher es lauda
naturam si diues es lauda fortunam si sapiens es
lauda te ipsum: imo si sapiens es principaliter
lauda naturam nam vt inquit victorinus natu/
ra facit habilem ars facilem vsus vero potentē
& primo ethicoꝝ cap. v. auctoritate hesiodi sunt

tria genera homiꝫ

tria genera hominum quidā enim ex temperā/
tia complexionis omnia ex se ipsis noscere pos
sunt alii vero non ex se sed ab aliis non nulli ve
ro sunt adeo inepti quod nec ex se nec ab aliis
possunt addiscere vnde. Ari. in. ij. de anima. tex.
com. xciiij. duri carne inepti mente molles aūt
carne bene apti mente. ¶ Secunda causa ē pp
modicam exercitationem & hoc vel in logica si
cut contingit antiquis de quibus loquitur: Ari.
p. phys. tex. com. lxxi. & Com. in. com. inquit an
tiquis contingit ista. q. & non potuerunt eam dis
soluere pp paucitatem exercitationis in diale/
ctica & boecius super porphirio de eisdem lo/
quēs inquit quare necesse erat eos falli qui abie
cta differendi scientia de reꝝ veritate perquire
rent vbi animaduerte quod circa principia scīē
tiaꝝ per sillogismū falsigraphum qui peccat cō
tra formā sillogismi possunt errores multi cōtin
gere ex logice ignorantia similiter potest cōtin
gere hoc ex modica exercitatione in aliqua scīē
tia speciali quod homo non recipit principia il/
lius scientie & per consequens multum errat in
illa scientia q2 paruus error in principiis fit ma

paruus er ror ī pn̄o fit max ī fine

ximus in fine vt dixit. Arist. in. p. celi & mūdi in
tex. com. xxxiij. ibi etiam dicit si quidē qui mo/
dicū trangressus fuerit aueritate discendens fit
longe plus decies mílies & Com. dat exemplū

de iter agente qui errauit in principio itineris

Ex̄ᵐ aut

& ideo quanto magis pergit tanto magis in er/
rore perseuerat & ideo iubebat. Plato quod p/
lixus sermo haberetur de principiis vt inquit.
Com. iij. de anima. com: iiij. vnde. Auer. iij. celi
com. lxvij. contra. Auic. inquit paucitas exerci/
tationis istius viri in philosophia & bona confi/
dentia in ꝓprio ingenio deduxerunt ipsum ad
manifestos errores ita ex parua exercitatiōe in
naturalibus dānatur Plato ab. Arist. in p de ge
neratione sicut supradictum est nā Plato mul
tum versabatur in scientiis mathematicis & ex
causis intelligibilium volebat assignare cau/
sas sensibiliū vn̄. iij. celi tex. co. lxi. amor geome
trie & magistri fuerunt cause erroris. Platonis
¶ Tertia causa pp quā non recipiuntur princi
pia huiusmodi est cōsuetudo de qua vide. Ari.
in. ij. metha. tex. co. xiiij. & Auer. plerūqꝫ de hoc
loquitur. ¶ Sed dices cum scientiarū princi/

obiec.

pia non demostrētur in scientia quomodo igitur
ex ignorantia logice potest aliquis non obedi/
re principiis alicuius scientie. ¶ Nisi esset qd

Solo.

hoc est ex malo intellectu principioꝝ intellectus
enim sic per accidens potest errare circa princi
pia qi non intelligit illa eo modo quo debent in
telligi & talis error est post principia & artifex
specialis potest soluere rationem illam que pro
cedit ex malo intellectu principioꝝ factam per
sillogismū falsigraphum oñdēdo quomodo sint
intelligenda licet non possit soluere rationē que
aperte procedit ex oppositis primoꝝ principioꝝ
in illa scientia sicut colligitur expresse ab. Ari.
in. p. phi. auscultationis in. tex. co. xi. vbi inqt si/
militer autem contingit omnia soluere sed aut
quecūqꝫ ex principiis aliquis demonstrans mē
titur quecūqꝫ vero non minime & ideo pp malū
intellectū principioꝝ in aliqua scīa ex ignorātia
logice potest aliquis non assentire principiis il/
lius scientie & errare multum in illa scientia vn̄
aliq in philosophia naturali negauerunt genera
tionem non intelligentes qualiter ex non ente
aliqd fieri pōt vt dicit. Arist. pp equiuocationē
latitantem inter non ens simpliciter & non ens
sm quid & pp etiā multiplicitatē inter fieri ex
non ente vel ente aliquid per se aut per accidēs
vt patet primo phisi. tex. com. lxxi: vsqꝫ ad. te. co:
lxxviij. ¶ Aduerte etiam vnum specialem de pn
cipiis scientie naturalis quod vt inquit. Com.
p celi: com. xc. propositiones naturales duplici
de causa dubitabiles fiunt vel q2 aliqui enutriti
in opinionibus falsis non possunt assentire prin/
cipiis veris phie vel q2 aliqui existimāt quod
principia eius debent esse tante certitudinis si/
cut principia geometrie contra quos. Ari. in. ij.
prime philosophie. tex. com. xvi. inquit acribo/
logia mathematica non in omnibus est expetē
da nam vt scribit phs in primo ethicoꝝ capite.
ij. eiusqui eruditur interest in vno quoqꝫ genere
eatenus certitudinē exigere quatenus eius na
tura rei recipit simile quippe videtur amathe/
matico persuasionem recipere & ab oratore de
mostrationem requirere ita etiā inquit boetius

uersione in per se vnde ista homo est risibilis est per se in secūdo modo sed conuersa risibile est homo non est nec in secūdo nec in primo q2 homo cadit tamq̄3 additū3 in diffinitione risibilis ⁊ non est de substantia eius sicut sunt predicata primi modi vnde. Com. in .ij. de anima. co. lxvij. ponēs differentiam inter primū modu3 dicendi per se ⁊ ſm inquit quod in primo modo predicatū est cā subiecti in secūdo modo subiectū est causa predicati si igitur propositio per se secundi modi conuerteretur in propositiones per se primi modi accideret idē per se respectu vnius ⁊ eiusdem esse per se causam ⁊ effectum quod non capit intellectus. ❡ Nec valet si dicatur qd non incōuenit quod idem respectu eiusdem sit causa ⁊ causatum in diuersis generibus causa℞ ⁊ ſm diuersos modos q2 hoc non iuuat in casu nostro quia sumo istam homo est risibilis ista est secūdi modi ⁊ ſm. Auer. subiectū est causa predicati ⁊ patet quod non est nisi in genere cause materialis nam vt dicit ſba non est causa accidentis neq3 ſm agens neq3 ſm finem sed q2 cōstituūtur per illam ⁊ est subiectū eo℞ tunc igit sumo istam risibile est homo ista parte est primi modi ⁊ predicatum in propositione primi modi est causa subiecti quocūque gñe cause si dicas formalis hoc falsum est q2 ſbm non est forma accidentis predicata aūt primi modi si sunt cause subiectorū maxime sunt in ratione forme q2 .ij. phys. tex. com. xxviij. partes que sunt in ratione sunt forme vbi. Com. inquit quod diffinitiones componuntur ex forma vniuersali que est genus ⁊ ex forma propria que est differentia ⁊ .vij. met. tex. com. xxxv. partes diffinitionis sunt forme tātū cum igitur ſbm non sit forma accidentis nō predicatur igitur per se in primo modo de sua propria passione quod si dicas quod subiectum adhuc dum predicatur de ꝓpria passione est cā vt materia respectu ꝓprie passionis sicut erat dum propria passio predicabatur in secūdo modo de ipso tunc igitur perit differentia posita p. Auerr. inter primū modū ⁊ secūdū q2 eadem remanet habitudo. ❡ Et confirmatur q2 propositiones per se primi ⁊ secūdi modi per se sunt solum que ingrediuntur in demonstratione simpliciter nam que neutraliter in sunt accidētia sunt ⁊ per consequens oportet qd tales propositiōes cum deseruiant demonstrationi simpliciter debēt esse naturalis predicationis in quibus cogitatio hominis cadit per naturam nam si quarta figura fuit omissa ab. Arist. in libro prio℞ vbi tradit ars sillogizandi simpliciter q2 humana cogitatio in ea naturaliter non discurrit quanto magis omnia que sunt preter nature ordine3 in discursu debēt remoueri a discurso demonstratiuo per quem paratur scientia in nobis. ❡ Confirmat q2 Com. iij. phys. com. xxxiij: reddit cām pulcri problematis in logica pp quid in materia conuertibili cum silogismi facti ex ambabus affirmatiuis in secūda figura fieri possint de forma in prima figura per conuersionem maioris ꝓpositionis in terminis Arist. has rationes plerūq3 nō adducit i figura ꝓma cui ex forma silogizandi ꝯpetit ex ambabus vniuersalibus affirmatiuis sillogizare s3 adducit eas i figura sc̄da cui non datum est ex forma sed ex materia tm̄ ⁊ soluendo inquit quoniam cum tales propositiones componūtur in figura prima tunc maior ꝓpositio erit predicabilis nō sm naturā ⁊ ideo cōponuntur in secūda figura ⁊ ita patet q2 impossibile est in talibus propositionibus per se dū conuertuntur remanere naturalitatem in vtraq3 q2 si conuersa est naturalis conuertens non ē naturalis ⁊ sine dubio iste ꝓpositiones secūdi modi dicendi per se non conuertuntur in alias que sunt per se nec in eodem modo nec in alio vt probatū est. ❡ Preterea ad pncipale. Com. in p prio℞ in digressione de quarta figura cōtra Galen. infert quod si daretur quarta figura sequeretur quod ide3 predicaretur de se ipso qd est in fine abhominationis ⁊ .x. metha. comen. vij. contra. Auicē. habet quod in propositiōe in qua idem predicatur de se ipso non est subiectū neq3 predicatum ⁊ est nugatoria. ❡ Et ideo ad auctoritatē porphirij dicentis indiuiduū de vno solo predicari dico quod verum est tamen non dixit porphirius quod naturaliter ⁊ per se indiuiduū de seipso predicat. ❡ Ad auctoritatē boetij respondetur quod penes aliud attenditur veritas propositionis ⁊ penes aliud naturalitas predicationis nam per. Arist. in libro periermenias ⁊ in predicamētis ex eo quod res est aut non est redditur oratio vera aut falsa: vnde dicimus quod veritas propositionis affirmatiue attenditur penes identitatē predicati ad subiectum ⁊ q2 vera ⁊ maxima identitas ē eiusdem ad se ipsum pp hoc dixit Boetius qd verissima est propositio in qua idē de seipso dicitur tamen ista predicatio non est naturalis q2 idem respectu suimet non potest habere secundū naturam respectum materie ad formā ⁊ receptiui ⁊ receptibilis q2 ista sunt primo diuersa ſm naturam ⁊ in fine remotionis ideo Auer. vult qd sit in fine abhominationis vt idē de se ipso predicetur ⁊ ideo Arist. animaduertens ad hoc dixit in predicamentis quod a prima substātia nulla est predicatio videlicet per se ⁊ naturalis vtrū aūt indirecte ⁊ per accidens contingat vt aliquo modo predicari possit hoc est quod non curat ars neq3 scientia q2 ista sunt extranea a prima sciētie intentione. ❡ Sed est obiectio cōtra predicta nam. Arist. v. metha. cap. de ſm quod ⁊ est. tex. com. xxiij. vbi dicitur quod homo ſm se est homo Ad hoc rñdetur qd ille modus nō est per se predicādi alterū d̄ altero q2 tales sunt primus ⁊ secūdus modus dicendi per se de quibus ibidem meminit. Et etiam in primo posteriorum in. cap. de per se sed talis modus dicitur per se per negationē alterius cause: vnde littera ibi dicit hominis multe sunt cause animal bipes ⁊ tamen homo ſm se est homo. ❡ Et ideo opinio etiam formalizantium in hoc non est tenenda qui volunt quod propositio in qua idem predicantur de se ipso sit in primo modo dicendi p

Euasio

Imp.

Nota solutionē pulcri problematis logice.

penes aliud attendit v̄itas ꝓpōis ⁊ penes aliud naturalitas ꝓdicationis.

obiec.

Solo.

Formalizātes

se qr volunt qd propositiões primi modi sunt in quatuor gradibus ↄstitute in primo gradu sunt propositiones in quibus superius inquid predicatur de suo inferiori vt genus de specie vel sicut ens de deo ⁊ creatura: in secũdo gradu sunt propositiones in quibus predicanť quiditatiua predicata in quale sicut qñ predicatur differentia de specie: in tertio qñ tota diffinitio predicať de diffinito: in quarto quando idem predicatur de se ipso. Auerr. aũt ⁊ antiqui peripathetici volunt predicata primi modi dicendi p se esse solum tribus modis vñ. Com. vij. metba. com. xi. inquit qd primus modus predicabiliũ essentialiter ↄtinet tria genus ⁊ differentiam ⁊ totam diffinitionem que diffinitio est idem cũ substantia rei ⁊ vniuersaliter predicabilia substantialia sunt illa que adunanť cũ subiecto ⁊ adunãtur ad inuicẽ ⁊ accidentalia eccõuerso ⁊ inmorari in hoc amplius est superfluum.

propõ. xxxv.

¶ Si vnum contrariorum fuerit in rerum natura erit ⁊ reliquum.

PRopositio ista est. Arist. in. ii. celi ⁊ mundi in. tex. com. xviii. ¶ Aduerte quod contrarietas qñqȝ sumitur communiter ⁊ sic se extendit ad opposita ꝯm priuationem ⁊ habitum qñqȝ sumitur proprie ⁊ sic est inter formas positiuas distinctio est. Auc. in. p̄. physi. co. xli. dico tunc qd non hȝ locum propositio philosophi in ↄtrariis communiter dictis sicut sunt habitus ⁊ priuatio qr non opȝ si finituȝ sit quod infinitum sit ⁊ si est plenũ non oportet quod sit vacuum sed intelligiť in ↄtrariis proprie dictis nã talia sunt ad perfectionẽ vniuersi ⁊ vniuersum perfectũ est ⁊ ideo si vnuȝ ↄtrarioꝝ fuerit in rerum natura opȝ quod sit reliquũ. ¶ Habet ẽt veritatem ꝯm physicam ↄsiderationeȝ fallit aũt propositio ꝯm logicam ↄsiderationeȝ nã. Arist. in predicamentis inquit in sermone de oppositis non opȝ si vnũ ↄtrarioꝝ fuerit qd sit reliquũ nam si oẽs homines sint albi: nigrũ non erit naȝ hoc est ꝯm diuersas ↄsiderationes naturalis. n. sequitur naturas reꝝ ⁊ perfectionem vniuersi ↄsiderat ⁊ sic verum dicit qr quelibet forma cõtraria positiua est de pfectione vniuersi ⁊ ideo vna existente debet eẽ altera: sed logicus sequiť imaginationem rõnis ꝯm possibilitatem logicã que est res hñs latitudinem satis amplam ⁊ sic dicit non implicare ↄtradictionem vno existẽte de nũero ↄrioꝝ aliud nõ existere ⁊ in multis ↄsimilibus aliter dicit. Artifex rõnalis ⁊ aliter. Artifex realis nam. Ari. in predicamentis in. cap. de quantitate ↄsiderans quantitatem ꝯm simplicem ↄsideratione dixit quantitati nihil cõtrariari sed naturalis qui considerat quantitatem vt est terminus motus dicit in ea esse contrarietatem ꝯm perfectũ ⁊ impfectum vt pȝ. v. physi. tex. com. xviii. ⁊ vnus quisqȝ verũ dicit ꝯm suaȝ considerationem ⁊ hoc etiam inuenitur in aliis scientiis nam nãlis dicit motui circulari non inesse ↄtrarium ⁊ geometer imaginatur in motibus circularibus contrarietatẽ vt pȝ primo celi ⁊ mundi. com. xxxii: ⁊ multa consimilia inuenies in quibus diuerse scientie ꝯm diuersas abstractiones diuersa dicunt.

¶ Materia negatiõe cognoscitur.

ꝓposi. xxxvi.

PRopositio Arist est in. x. prime phie. t. com. xxiiii. aduerte igitur qd materia duplex est prima ⁊ secũda materia prima est natura: sed materia secunda est naturatum siue hñs naturam: prima enim materia est substãtia simplex sed secunda est substantia composita ex materia ⁊ forma siue sit materia alterationis tantũ siue sit materia alterationis ⁊ compositionis simul propositio. igitur veritatẽ hȝ de prima materia principaľr vt dicam. ¶ Sed est difficultas: qr. Aristote. p̄. physi. tex. co. lxix. inquit subiecta quidem natura scibilis est per analogiã ad formam quemodo igiť materia negatione cognoscitur. ¶ Nisi esset quod duplex est notio materie vna quã dat prima nostra cognitio naturalis que a sensatis ⁊ nobis notioribus proficiscitur iuxta illud. Ari. in primo. physi. tex. co. ii. innata ẽ nobis via a notioribus nobis ad notiora nature ⁊ qr transmutatio substantialis est operatio mẽ vt subiecti vt inquit. Com. p̄. celi. com. xx ⁊ ẽt. vii metba. com. ix. ⁊. viii. metba. com. xii: ideo naturalis cognoscendo materiam per transmutationem substãtialem per analogiã cognoscit eam ad formam vel ad hñs formam vnde. vii. metb. tex. comẽt. vii. dicitur quod materia est velut es nam sicut se hȝ es respectu statue ⁊ vniuersaliter materia reꝝ artificialiũ ad formas artificiales ita se habet materia prima ad formas naturales vñ materia in hac prima cognitione ⁊ primo occursu de se cognosci non potest vñ. Arist. in. vii. metb. tex. com. xxxv. materia ꝯm se est ignota ⁊ reddit causam. Com. de hoc in primo physi. co. lxix. dicens quod qr prima materia non habet quiditatem in actu intellectam ab ea ideo non est nota de se nam sicut supra dictum est actus qui est quiditas est ratio pp quam aliquid est primo intelligibile sed qr materia est primo diuersa a forma que est quiditas qr non est forma nec habens formã ideo de se est ignota ⁊ non cognoscitur in prima cognitione naturali nisi per formam vel in habitudine ad habens formam. Et talem cognitionem habet naturalis de materia nam vt a naturali materia consideratur dr relatiue ad formã sed post ꝗ̃ȝ materia sic innotuit in naturali philosophia scientia diuina habita ista cognitione a naturali qr vt inquit. Com. p̄. physi. com. vltimo ⁊. vii. metba. com. ix. esse prime materie non nisi via transmutationis substantialis ⁊ per ↄñs medio naturali põt innotescere tunc diuinus considerat ipsam in se vt est ens ⁊ vt est substantia que

Dissicultas

Solo.

Nota

substantia que non est forma nec habens formã
& est sic concepta per negationes cuiuscũqz for
me & cuiuscũqz priuationis sic enim materia ne
gatione cognoscitur vñ. Comentator ibi in. co.
inquit materia negatione cognoscitur cũ dicit
materia est priuatio forme intellectus enim vt
scribit. Comen. xij. metha. comen. xxxix. innatus
est diuidere adunata in esse sicut diuidit mate/
riam a forma & isto modo materia intelligit esse
vna numero vnitate numerali priuatiue non po
sitiue sicut fortes positiue dicitur vnus numero
ob vna forma dante sibi vnitatem sed per caren
tiam forme dantis talem vnitatem dicitur ma/
teria vna numero & ista consideratio de mate/
ria vt inquit. Comentator ptinet ad primũ phi/
losophum & isto modo materia non hz esse nisi
in anima nam manifeste pz quod materia extra
animam non inuenitur cum priuatione omnium
formarum qz tunc quod non est in actu esset in
actu secundo. i. physi. comen. xij. sed intellectus
põt intelligere materiam per priuationem om
niũ formarũ qz intellectus est altior virtus quã
sit natura & multa põt diuidere que natura non
potest & hoc dicit. Comentator: xij. meth. co. xiiij.
sicut distinctissime deinde repetit in libro de sub
stantia orbis non est autem intelligendũ per illa
verba quod materia de se ens non sit aut essen
tia sed per formam vt quidã male interpretati
sunt nam licet materia non sit in effectu aut in
actu nisi per formam tamẽ essentia materie est
alia ab essentia forme non enim forma causa est
quod materia sit materia licet forma sit causa
pp quã materia existit vnde. Boetius in libro
de vnitate & vno omne esse est a forma quod phi
losophi describentes dixerunt esse est existentia
forme in materia. ¶ Et aduerte vt alias dixi
quod omnis cognitio quã hz naturalis de mate
ria est relatiua sic enim. Arist. dixit. in. ij. physic.
tex. com. xxvi. materia relatiue dicitur ad formã

Dubi. ¶ Sed contra hoc quidã dubitauerunt naz ista
materia est materia est naturalis nam si ista pti
neret ad diuinũ tunc diuinus cognosceret een/
tias rez in particulari Amplius. Com. expresse
vij. meth. co. ix. dicit qd nãlis ɔsiderat de prima

Solo. materia vt materia est. ¶ Nisi esset quod vt di
cit lucidissimus Themistius in digressiõe de po
tentia & priuatione materie primo physi. nomẽ
materie relatiue dicitur nã materia est ex quo
fit aliquid vt in existente & vt dicit nomen mate
rie respicit futura sed nomen subiecti respicit
presentia materia enĩz qualitatibus sensibilibus
informata ex materia auctoritate Boethi trãsit
in subiectum nam es ex quo statua fieri põt ma
teria dicitur statue vt autem stat sub forma sta/
tue dicitur subiectuz & ideo bene materia vt mã
teria pertinet ad naturalẽ qz est adhuc materia
forme & dicit adhuc relationẽ ad formam vnde
Comentator in eodẽ. comẽ. ix. vij. metha. paulo
infra declarãs quomodo prima materia cogno
scitur a naturali inquit qd materia cognoscitur
a naturali vt est principiũ transmutationis patet
autem qd ista est consideratio relatiua sed diui

nus est qui solus põt cognoscere materiam sub
rationibus absolutis & transcendentibus dum
ɔsiderat ipsam inquantum ens inquantũ substã
tia et considerat ipsam inquantũ est in potentia
vt dicit ibidem naz potentia & actus sunt de dif
ferẽtijs entis vt pz. ix. metha. tex. co. primi. in na/
turalis ɔsiderat ipsam magis limitate vt est ens
in potentia p transmutationem nam cum mate/
ria sm eẽ reale quod hz extra aĩam cũ habeat
entitatem diminutã & potentialẽ sm quã non po
test p se existere ꝓprius & adequatus conceptus
eius est ille quem hz naturalis licet in relatione
ɔsistat licet entitas materie in sua prima notio/
ne sit ens p se. i. absolutum qz est substantia & sic
pertinet ad diuinũ vt dicit. Com. ij. physi. com.
iiij. & . xxi. & in plerisqz alijs locis. ¶ Sed est du

Diffi/cultas bium de forma an vt a naturali considerat sem/
per relatiue consideretur & videtur per aucto/
ritatẽ philosophi in. ij. physi. tex. com. xxvi: quod
sic. ¶ Amplius est auctoritas. Comẽ. iiij. physi.
com. xvi. scire quidditates vltimoz principioz
est difficile & scire materiam sine forma aut for
mam sine materia est impossibile. ¶ Ex aduer
so autem est auctoritas. Comẽ. vij. prime phie
com. viij. in calce com. vbi inquit & cum induxit
ratiocinationes ex quibus apparet quod mate
ria est magis substantia & dixit sed impossibile
est vt materia sola sit sba: cum opinatur quod in
tentiones separabiles in intellectu scilicet que
non intelliguntur in respectu aliorum: sed que
intelliguntur per se sunt magis substãtie & ideo
existimatur quod forma sit et substãtie eũ sit qui
ditas quã significat diffinitio vbi pz quod forma
est de numero eoz que intelliguntur per se. Et
non in habitudine ad aliud. ¶ Et licet magnus
Alber. hoc derelinquat sub dubio tamen vr mi/

Solo. bi quod idem sit vtriusqz iudicium in hoc quia
forma non ɔsideratur a naturali inquantum sba
nec in quantũ ens vt pz. xij. metha. v. & . vi. com.
sed consideratur vt est principiũ aut terminus
transmutationis & per ɔñs relatiue concipitur
nec diffiniri potest sine materia forma naturalis
vt dicit. Com. ꝑ. de anima. com. xvi. & pz manife
ste in diffinitione anime in qua ponitur corpus
organicũ. ¶ Ad auctoritatem igitur. Com. di/
co quod substantia forme est magis independẽs
quã substantia materie nam materia est pp for
mam & intelligitur pp formam non sic autem
est de forma materia enim est pp formam non
forma pp materiam secũdo. physi. tex. com. xci/
vñ. Auicẽ. v. sue. meth. dicit materia est materia
forme sed non est causa forme licet. Auer. illud
quĩqz concedere videatur vt pz. ꝑ physi. comẽ.
lxxi. & . ij. physi. comen. xxx. & forma dicitur relati
ue ad materiam qz materia dicitur relatiue ad
formam idem enim est iudicium sicut de poten
tia & actu vt pz. ix. metha. tex. com. xiii. nam po
tentia reducitur ad materiam & actus ad formã
vt dicit. com. xii. metha. com. xxvi.

propō xxxvij

¶ Infinitum secundum quod infinitum est ignotum.

Propositio est phylosophi primo posteriorum ⁊ .ij. metha. tex. com. xiii. nota tñ quod infinitum in actu intelligi non potest tñ bene potest infinitum in potentia intelligi nam. Auerr. tertio de anima. tex. comē. xix. vult quod intellectus possibilis in propositione vniuersali intelligit infinita in potētia glosa ista est. Comē. ij. metha. com. xiii. ⁊ xii. metha. com. xiiij. ⁊ li. vide. Com. ij. metha. com. xi. super illis verbis philosophi non est intelligere nō stantem inquit impossibile est nos intelligere lineam infinitam nisi quando accepimus eam finitam ⁊ iterando eam infinicies nam finituʒ infinicies sumptum reddit infinitum isto modo finita vero finicies sumpta reddunt aliquid finitum vt dicit. Arist. in primo posterioꝝ. ¶ Sed *Istātia* est instantia nam intellectus humanus potest habere naturale desiderium ad cognoscendas species omnes numeroꝝ que tñ sunt infinite sʒ desiderium naturale non est ociosum nec est impossibilium igitur sequi videtur qꝺ intellectus potest intelligere infinitum in actu. ¶ Nisi eēt *Solo.* quod scibilium quedam sunt per se ⁊ essentialr̄ ordinata sicut principia ⁊ conclusiones ⁊ in talibus non est processus in infinitū vt testatur philosophus in primo posterioꝝ vbi statuit statum in scibilibus qꝛ ex infinitis non contingit scire vt dicitur in secūdo metha. tex. com. xi. ¶ Alia vero sunt accidentaliter ordinata ita quod vnum non scitur per alterū nec vnū est ratio sciendi alterum ⁊ sic est in numeris in quantum scibiles sunt nam vt sic sunt accidentaliter ordinati qꝛ accidit speciei numeri prioris vt addatur vnitas noua ad hoc quod fiat noua species numeri ⁊ numerus prior non est ratio pp quā scitur aut intelligitur numerus posterior ⁊ in talibus non ꝯtingit scire ex aliquo vltimo aut ex aliquo primo scibili in suo genere ⁊ pp illud omnia alia sciantur qꝛ nullum tale assignari pōt. ¶ Diuini autem in nostra lege propositam propositionem intelligunt veritatem habere de intellectu creato qui finitus est sed fallit de intellectu dei qui *Ratio theol.* infinitus est ⁊ actus sue comprehensionis est infinitus talis enim potest comprehendere infinitum.

propō 38.

¶ Sciētia est necessarioꝝ cognitio

Non intelligitur qꝺ cōditio scientie simplr̄ diffinite in primo posteriorum sit quod sit de obiecto simpliciter necessario sicut notat Scotus in prologo primi sententiarū in questione tertia ista .n. fuit *Scoti oplo in p̄ sent.* imaginatio Platonis pp quā posuit ideas pro saluanda scientia de istis singularibus corruptibilibus vt dicitur in .vii. metha. tex. comē. xx. ⁊ xxii. vnde. Scotus assenciēs illi fundamento de necessitate obiecti pp hoc inquit theologiam quo ad veritates contingentium non esse sciam eo modo quo scire simplr̄ diffinitur in pᵒmo posterioꝝ qꝛ cognoscere contingens vt necessariū non est cognoscere contingens in eo quod contingens sed est scientia eo modo quo loquitur. Arist. de scientia in .vi. ethicorum pro vt videlicet distinguitur contra opinionē qꝛ est habitus quo verum dicimus. ¶ Sed fm hoc sequitur *Imp.* quod. Arist. non sufficienter enumerasset omnes habitus intellectuales nam scientia diffinita in libro posteriorū non est dubium quod sit de habitibus intellectus. ¶ Amplius est ꝯ. Auerr. ibi in. com. qui vult quod scientia de qua agit. Arist. in .vi. ethicorū vt distinguitur contra artē ⁊ alios habitus stat pro scientia speculatiua. ¶ Amplius sufficit quod scibile quod est ipsuʒ quesitum quod postea fit conclusio demonstrationis sit necessarium ita quod in eo sit essentialis ⁊ necessaria habitudo inter pdicatū ⁊ subiectū quesita enim sunt equalia numero hijs que sciuntur vt dicitur in secūdo posteriorum in tali aūt quesito aut queritur propria passio de subiecto aut diffinitio de diffinito manifeste āt patet quod cōclusiones in quibus demonstrātur passiones de subiectis sunt propositiones p se secūdi modi ⁊ per consequēs sunt necessarie conclusiones aūt in quibus demonstratur diffinitio de diffinito vt qñ demonstratur diffinitio materialis p formalem tamq̄ʒ per mediū sunt in primo modo dicendi per se ⁊ per cōsequens ēt tales sunt simplr̄ necessarie. ¶ Pro quo animaduerte qꝺ cognitio de contingentibus duplr̄ haberi potest vno modo fm rationes vniuersales ⁊ sic talis cognitio ad eandem anime partē pertinet ad quā pertinet scientificum que est cognitio necessarioruʒ vt ait. Arist. in .vi. ethicorū Alio modo talis cognitio pōt considerari in particulari ⁊ sic talia sunt variabilia nec sup ea cadit intell'ꝰ nisi mediantibus viribus sensitiuis vnde inter virtutes sensitiuas cogitatiua ponitur que dicitur ratio particularis ⁊ isto modo cadunt cōtingentia sub operatione ⁊ consilio ⁊ sic cognitio talium dicitur esse in potentia anime ratiocinatiua siue consiliatiua ⁊ sic sunt in intellectu particulari qui est virtus hominis cogitatiua ⁊ pōt dici ītellectus practicus in particulari *cognitio de ꝯtingētibus. duplr̄ hr̄i pt* Primū istorū dictorū manifestū est qꝛ non est dubiū qꝺ scientia naturalis est tam respectu corruptibiliū corporū quā ēt respectu sempeternorū nam vt dicit. Arist. iiii. methap. tex. com. xxii. de rebus mobilibus possunt formari propositiones immobilis veritatis ⁊ sempiterne ⁊ ex hoc patet quod pluscq̄ʒ com. male sentit in primo regni com. vij. *error pluscq̄ʒ Com.* qui voluit arteʒ esse in intellectu particulari cū tamen. Arist. vi. ethicorū capite quarto enumeret artem ⁊ prudentiā inter habitus intellectuales quibus anima semp verum dicit patet aūt quod per habitum particularē anima semp nō potest verum dicere. ¶ Amplius. Arist. in fine

primi ethicoꝝ

primi ethicorum separat virtutes intellectuales a moralibus ⁊ inter morales enumerat fortitudinem ⁊ temperantiam: ⁊ inter intellectuales enumerat sapientiam intellectum ⁊ prudentiam modo idem est iudicium de prudentia ⁊ arte quia sicut prudentia est recta ratio agibilium sic ars est recta ratio factibilium ⁊ ideo non recte dixit quod medicina sumpta pro habitu universali non est ars sed est scientia: sed sumpta pro habitu particulari resultante ex illo universali in virtute cogitatiua ⁊ etiam prout est ex assuefactione sic est ars. Et tamen totum oppositum est verum quantum ad medicinam sumptam pro habitu universali quia verum genus eius est ars. Nam ex prohemio methaphysice ars est universaliũ collectio. Sed sciẽtia ꝓprie, put accipitur in sexto ethicorum sumitur pro scientia speculatiua vt dicit Comentator in comento vnde verum genus medicine est ars non scientia vt dicit Comẽtator quinto methaphysice comento. xx. vnde medicina proprie est ars: scientia autem est communiter sumendo nomen scientie non proprie vt bene notauit Galenus ibi qꝺ nomen scientie communiter ⁊ non proprie audire oportet. Nam scientia communiter sumpta diuiditur in theoricam in actiuam ⁊ in factiuam vt patet in sexto prime phylosophie textu comẽti primi scientia autem factiua idem est quod ars. Manifestum est autem quod medicina verissime est ars: sumendo autem medicinam ꝑ habitu particulari in intellectu practico particulari idest in virtute cogitatiua ille habitus non est ars: sed est habitus particularis ex assuefactione agenerat⁹ ⁊ non est ars: sed est habitus experimentalis distinctus ab arte. Nam differentia est inter experimentum ⁊ artem vt patet in prohemio methaphysice fit enim ars cum ex multis experimentalibus conceptionibus vna fit veluti de similibus universalis acceptio. Acceptionem quidem habere quod Callie ⁊ Socrati hac egritudine laborantibus hoc contulit ⁊ ita multis singularium experimenti est quod autem omnibus huiusmodi secundum vnam speciem determinatis hac egritudine laborantibus contulit vt flegmaticis aut colericis aut estu febricitantibus artis est. ¶ Nec valet responsio illorum qui dicunt quod alio modo sumitur ars in prohemio methaphysice ⁊ alio modo in sexto ethycorum. Nam in prohemio methaphysice sumitur ars pro cognitione factibilium in universali ⁊ sic est habitus universalis in intellectu possibili subiectiue existẽs sed in sexto ethicorum sumitur pro habitu particulari in virtute cogitatiua existente. Nam vt supra patuit hoc est contra intentionem Aristotelis ibi qui artem ⁊ prudentiam enumerat inter habitus intellectuales quibus anima semper verum dicit qui sunt habitus universales ⁊ ista est mens Auerroys ibidem ⁊ diui Thome. Nam vt inquit diuus Thomas licet cognitio contingentium in particulari, fit in intellectu practico particulari tamen cognitio istorum in

[Margin: Error aliorũ.]

universalis est in intellectu possibili vnde hec est veritas sine dubio. ¶ Reuertamur igr̃ ⁊ dicamus quod scientia pro tanto dicitur necessariorum pro quanto conclusiones scite sunt vere necessario ⁊ scite per propositiones veras ⁊ necessarias. Nam est habitudo ⁊ dependentia necessaria inter premissas ⁊ cõclusionem scitam per ipsas nam sunt cause vtroqꝫ modo ⁊ in essendo ⁊ in inferendo vt dicit Arist. in primo posteriorum. ¶ Et ex hoc patet Error illorum qui asserunt quod demonstrationes fiunt de existentibus inquantum existunt ⁊ quod ad esse demonstrationis requiritur permanentia sempiterna secundum speciem. Nam licet verum sit secundum physicam considerationem quod species rerum que sunt ad perfectionem vniuersi sint semper in actu quia vniuersum semper est perfectum. Nam licet in regione nostra tempore hyemis non reperiantur rose tamen in alia regione in qua tunc est ver ⁊ temperies reperiuntur rose tamen istud esse actualis existentie accidit demonstrationi inquantum demonstratio est. Nam demonstrationes sunt de vniuersalibus que sunt cognita per intellectum talia autem abstrahunt ab hic ⁊ nunc vnde lucidissimus Themistius primo posteriorum capite. xix. super illo textu Eorum que sepe fiunt vbi Arist. dicit in textu manifestum est autem quod secundum qꝺ huiusmodi sunt semper sunt inquit sed facilis ⁊ absoluta defensio est earum rerum que certis interuallis redire in suos orbes videntur. Forma tantum comunis in demonstrationem venit nec enim de vno aliquo defectu hoc vel illo: qui hac vel illa hora compareat demonstratio accipitur sed de omni quem ex talibus causis prouenire necessarium ⁊ perpetuum est. ¶ Amplius Arist. vii. metha. tex. comen. lv. vult quod de indiuiduis sempiternis vt est Sol ⁊ Luna neqꝫ diffinitio neqꝫ scientia per demonstrationem haberi potest immo iste est vnus de erroribus contingentibus circa vniuersale vt patet primo posterioꝝ in illo cap. Oportet autem non latere ⁊ est qꝺ qñ sub aliquo vniuersali non est nisi vnuꝫ solum singulare intellꝰ opinatur qꝺ propterea que ex natura rei ꝓ est ipsius vniuersalis qꝺ sit ꝓ ipsius singularis cũ nil sit accipere extra ipm vniuersale nisi illud singulare manifestũ est aũt qꝺ si subiectũ demõstrationis requireret actualẽ existentiã ⁊ permanẽtiã sempiternã in effectu cũ nulla sit verior quã illa que est ſm indiuiduũ vt scribit Comẽ. in. ij. de gñatione ⁊ corruptiõe tex. co. lix. vbi dicit qꝺ ens est melius quã nõ ens ⁊ ens veꝝ quã nõ veꝝ ⁊ ens ſm indiuiduũ quã ens ſm speciem. Et. xij. metha. comen. xxvij. scribit qꝺ verus respectus ẽ entis particularis. Accideret igitur ſm illam viam qꝺ singulariũ sempiternoꝝ essent vere diffinitiones ⁊ vere demõstrationes. ¶ Amplius cũ res existens sit aggregatum ꝑ accidẽs quõ igr̃ poterit esse subiectũ demonstrationis ⁊ scientie non video. ¶ Et ex hoc patet etiã error aliorum asserentium scientias mathematicas ideo esse certissimas quia

[Margin: Error Joã. de ganda uo.]

[Margin: Error quorũdam.]

sunt obiectorum necessariorum. Nam manifestum est easdem esse lineas mathematicas et naturales ut dicit Arist. in .ij. physicorum in tex. com. xviij. ¶ Sed ratio vera est quia propositiones formate de ipsis ut abstrahunt a materia sensibili sunt sempiterne veritatis et principia talium demonstrationum innotescunt nobis non per experimentum sed ex noticia terminorum et sunt notiora nobis et nature. Sed principia et propositiones formate de eisdem ut concernunt materiam sensibilem et variabilem sunt vere ut in pluribus et raro contingit quod sint semper vere et innotescunt nobis per experimentum ut patet .vi. ethicorum et sic scientie et demonstrationes mathematice dicuntur aggenerare in anima stantem et firmum habitum quia sunt demonstrationes simpliciter dantes causam et esse. Sed demonstrationes naturales sunt ut in pluribus de numero signorum aut demonstrationes cause tantum rarissime autem sunt que dant causam et esse sicut dicit Comen. in suo prologo super primo physicorum et etiam primo physicorum comen. .ij. et secundo metha. comen. .xvi.

Vera solo.

¶ In conceptis cum materia aliud est quod quid est ab eo cuius est quod quid est.

propo. xxxix.

Nimis vulgata propositio et scribitur in .vij. prime philosophie in tex. co. xli. Scotus autem in .vij. sue metha. in q. xvi. et in .iij. sententiarum distinctione .xxii. et Antonius andree in q. vii. in .vii. metha. ubi querit utrum quodquid est sit idem cum eo cuius est quodquid est volunt quod cum materia dicatur relative ad formam ex .ii. physicorum tex. com. xxvi. Forma autem est duplex. s. forma partis que est altera pars compositi et forma totius exemplum primi ut anima hominis exemplum secundi ut humanitas que est quiditas hominis ita materia sumitur dupliciter primo pro materia partis et ista est altera pars essentialis totius que cum forma constituit unum per se de genere substantie. Alio modo dicitur materia que correspondet forme totius contrahens quiditatem ad esse hoc et hec est proprietas individualis que cum ipsa quiditate specifica constituit ipsum individuum speciei quod est unum ens per se. Et tunc dicunt quod quodquid est ipsius speciei est idem per se primo cum ipsa specie cuius est quodquid est et est ipsius individui per se non primo unde dicunt propositam propositionem veritatem habere de ipsis individuis que sunt concepta cum materia que est differentia individualis quia in talibus non est idem quodquid est cum eo cuius est quodquid per se primo. sed per se secundo nam quodquid est est primo ipsius speciei et est per se non primo ipsius individui et isto modo etiam glosant auctoritatem philosophi in .iii. de anima textu comenti .ix. ubi dicitur quod in quibusdam idem est caro et carni esse in quibusdam autem aliud est caro et carni esse nam semper quodquid est est uniformiter idem cum eo cuius est quodquid est si per se primo per se primo si per se non primo per se non primo. Si secundum quid, et secundum accidens: secundum quid et secundum accidens. Iuxta illud Arist. in .vii. metha. textu comen. xx. singulum enim non videtur aliud a sui met substantia. ¶ Sed ista positio non videtur esse de mente Arist. in .vii. metha. quia intentio eius est in illo loco destruere positionem idearum plato autem propter duo fundamenta precipue conabatur ostendere necessarias esse ideas: Primum quidem erat propter scientiam que debet esse de invariabili et necessario obiecto Secundum autem erat propter generationem saluandam in qua generans debet assimilari genito. Arist. autem primo in illo capitulo quod incipit Utrum autem idem est aut alterum quod quid erat esse ab eo cuius est quodquid erat esse et est tex. comen. xx. usque ad .xxi. destruit illam positionem quantum ad primam causam. In illo autem capitulo quod incipit Eorum autem que fiunt quedam a natura fiunt et est tex. com. xxii. destruit positionem idearum quoad secundam causam: oportet igitur quod Arist. si contradicit in hoc platoni qui ponebat quiditatem hominis in specie separatam a singularibus substantiis ad hoc ut de singularibus habeatur scientia et ad hoc ut saluentur generationes quod Aristoteles inquirat utrum talis quiditas que per diffinitionem exprimitur sit idem cum substantia prima singulari aut sit separata in actu ut asserebat plato et non est querere an diffinitio per se primo sit speciei aut non per se primo de hoc enim non est lis neque aliqua discordia inter Platonem et Aristotelem Nam auctoritate Porphyrii in capitulo de specie individua autem que sunt post specialissima infinita sunt quapropter usque ad specialissima a generalissimis descendentem iubet Plato quiescere descendere autem per media dividentes specificis differentiis. Infinita inquit relinquenda sunt: neque enim eorum posse fieri disciplinam. Et per consequens propter scientiam ostendit Aristoteles non esse necessarias ideas inferendo istam conclusionem quodquid est esse idem cum eo cuius est quod quid est conclusio erit in hoc sensu quod quiditas expressa per diffinitionem non est separata et distincta in actu a substantia prima cuius illa est quiditas unde in fine illius capituli isto modo epilogat quomodo quidem quodquid erat esse idem et quomodo non idem unicuique dictum est. ¶ Et confirmatur nam Comentator septimo methaphysice in comento vigesimo introducens intentionem Aristotelis circa hoc in illo capitulo inquit. Cum declaravit quod quiditates simplices non inveniuntur nisi in substantiis et quod per illas sunt substantie vult hic perscrutari utrum ista substantia que est quiditas et substantia singularis scilicet individuum substantie sint idem ita quod quiditas que est substantia eius sit quiditas singularis et illud singulare est substantia

Scot.

Imp.

re est substantia per istam quiditatem aut quiditas rei sit aliud a re in actu ⁊ subdit immediate Comentator causam istius inquisitionis dicens ⁊ quesiuit hoc propter formas quas dicit plato: quoniam secundum illam opinionē erant quiditates primarum substantiarum alie a primis substantiis: quia sunt prime substantie entes existentes per se. Et isto modo introducit illum textum vnde dicit ⁊ dixit perscrutemur .i. cum sit declaratum quod quiditates sunt substantiarum singularium perscrutemur vtrum substantia que est quiditas ⁊ substantia singularis sunt idem aut non antequam perscrutemur de substantia quam significat diffinitio quid sit ⁊ inspicienti totum illud capitulum ad istam intentionem loquitur Aristoteles ⁊ ista est expositio Comentatoris sine dubio vsqꝫ in finem capituli vñ in calce comenti .xxi. inquit. D.v. Manifestum est igitur quod in rebus primis que dicuntur per se entia essentia cuiuslibet singularium rerū ⁊ omne singulare sunt idem ⁊ vnum ⁊ sunt verba translationis Arabice vbi Comētator inquit idest manifestum est igitur quod quelibet primarum substantiarum est idem cum sua quiditate. Et ita sine dubio phylosophi intentio est ibi quod quiditas que per diffinitionem exprimitur est idem cum singularibus quorum est quiditas. Nam vt inquit Boetius species specialissima est tota quiditas indiuiduorum. ¶ Vnde scire debes quod vt scribit Comen. primo metha. comen. xxvii. ista sensibilia habent duos modos comprehensionis: modum qui non est scientia eorum: sed imaginatio ⁊ modum qui est sciētia eorum: ⁊ sunt intellecta vniuersalia. Iuxta illud Boetij vniuersale est dum intelligitur: ⁊ singulare est dum sentitur. Et ideo secundum sententiam Aristotelis quiditas hominis que per diffinitionem explicatur non est aliud quid a singularibus hominibus quorum est quiditas. ¶ Et tunc melius est dicere iuxta viam antiquorum peripatheticorum quam vbiqꝫ locorum sequitur Comentator quod in conceptis cum materia idest in istis generabilibus ⁊ corruptibilibus aliud est quiditas ⁊ aliud est essentia vnde .iij. de anima comen. ix. super illis verbis textus in quibusdam idem est caro ⁊ carnis esse inquit causa propter quam he due intentiones non inueniuntur in omnibus entibus est qđ quiditas ⁊ essentia in entibus simplicibus est idem verbi gratia quod esse carnis est idem cum carne quia intentio carnis in eis nō est in materia. ¶ Pro quo debes scire quod in rebus compositis ex materia ⁊ forma: ipsa forma est tota quiditas qꝛ ipsa est obiectum intellectus naꝫ vniuersale est obiectum intellectus forma autem est subiectuꝫ vniuersalitatis vt dicit Comen. primo celi comen. xcij. ⁊ idem phylosophus formam appellat rōnem ⁊ quodquid erat esse. Et per oppositum qꝛ prima materia est primo diuersa a forma qꝛ nō est forma nec habens formā ideo vt inquit Comen. xij. metha. comen. xiiij. non habet aliquam intentionem alicuius vniuersalis intellectaꝫ ab

Opi. Auer.

ea ⁊ ideo secundum se ignota est vt dicit Arist. in .vij. prime phylosophie tex. com. xxxv. ⁊ propter hoc non est quiditas nec pars quiditatis tamen bene materia prima est quedam essentia alia ab essentia forme sicut dicit Comen. primo celi comen. xcij. ⁊ .viij. metha. com. viij. ⁊ .ij. physicorum tex. comē. iij. ⁊ ibidem comen. xij. ⁊ isto modo materia est pars essentie substantie composite vnde materia ⁊ forma sunt partes essentiales substantie ꝯposite ⁊ appellantur ab Auerroe partes secundum qualitatem vt patet primo physicorum comen. v. Et hoc dicit expresse Comen. vii metha. comen. xxxiiii. inquit enim declarādo quomodo materia se habet respectu substantie composite: si igitur hoc nomen substātia dicitur simpliciter de materia substantie cōposite ex materia ⁊ forma ⁊ de forma eius ⁊ de composito tunc forma substantie dicetur esse substantia rei: cum ipsa declarat essentiam eius: materia vero dicitur secundum considerationem ad substantiam compositam ex materia ⁊ forma esse pars substantie: secundum considerationem vero ad substantiam declarantem essentiam rei non dicitur esse pars substantie sed esse apparens deferens formam in suam diffinitionem illud igitur quod diuersificat essentiam a quiditate in substantiis compositis ex materia ⁊ forma est materia sicut vides ⁊ quia in causis precisis ⁊ adequatis sicut affirmatio est causa affirmationis sic negatio est causa negationis vt patet ex primo posteriorum inde prouenit quod in substantiis abstractis a materia quiditas ⁊ essentia sunt idem. ¶ Sed cōtra istam opinionem Scotus argumentatur in vii metha. questione xvi auctoritatibus ⁊ rationibus nam. Aristoteles vii metha. tex. comen. xxxiii. incisio non pertinet ad diffinitionem: sed que sillabe ad eam que est elementorum sed elementa pertinent ad materiam quasi dicat si sillaba diffiniatur per elementa ex quibus componitur elementa autem respectu sillabarum reducuntur ad genus cause materialis vt patet secundo physicorum. tex. coment. xxxi. ⁊ ita videt qđ materia sit de quiditate diffiniti. ¶ Itē ibidem si anima non est animal tunc dicendum quod anima non est tota quiditas ita enim intelligit solutionem. ¶ Item contra Platonem parabola Platonis non bene se habet quia non est simile de circulo ⁊ homine superfluum est enim auferre materiam a quiditate rerum quia quedam sunt hoc in hoc idest forma in materia sicut in naturalibus. ¶ Iteꝫ viii methaphysice textu comenti vi laudat illos qui in diffinitionibus ponunt tam materiam quam formam ⁊c. ¶ Item ibidem textu comē. ix. habet quod omnis diffinitio habet quid ⁊ quale ⁊ oportet hoc esse vt materiam illud vero vt formam nisi ergo materia pertineret ad quiditatem non haberet contra Platonem quod idea non est diffinibilis qꝛ est sola forma ergo quod diffinitur vere hꝫ mām ⁊ formā ⁊ vtrūqꝫ pertinet ad diffinitionē. ¶ Itē vii. met. te. co. xxxiii rō ois ptes hꝫ

Rōnes Scoti contra Auer. opinionem.

⁊ sicut partes rationis ad rationem sic partes
rei ad rem: sicut ergo omnes ptes rei exprimūt
totā rem ita omnes partes rationis totam ratio
nem rei. ¶ Item ibidem tex. com. iiii. quando
cognoscitur vnumquodque quid ipsum sit: sed
impossibile est cognoscere perfecte rem non co
gnita materia eius. Ergo forma non est tota qui
ditas eius qd̄ hʒ materia ⁊ pbatio minoris phy
losophus. ij. metha. tex. co. xiij. si species causarū
essent infinite nihil esset cognoscibile qꝛ infinita
non possunt cognosci: ergo ad cognitionem rei
perfecte oportet cognoscere oēs cās. ¶ Item
vij. metha. tex. co. xi. ibi de materiali aut substā
tia hoc idem plane colligitur ¶ Preterea sub
stantia hʒ diffinitionem simplr nō ex additione
vt pʒ. vij. metha. tex. co. xvij. ergo qdquid ponit
in diffinitione substantie pertinet ad quiditatem
ipsius sed. vi. metha. tex. co. ij. in diffinitione rei
materialis dʒ poni materia ⁊ si non esset de rōe
diffinitionis diffinitio esset ex additione. ¶ Itē
qdqd est est illius qd̄ est pmo ens ⁊ cuius est p
esse: sed qd̄ primo est: est ꝯpositum nam. vij. me
tha. tex. co. iij. vbi distinguit substātiam dicit qd̄
substantia ꝯposita est simplr hoc aliquid ⁊ sepa
rabile primo p se existens si ergo hoc veruʒ est
Ergo quodquid est est ꝯpositi ex materia ⁊ for
ma hec Scotus ⁊ sequaces ꝯtra Auer. ¶ Pro
defensione tn̄ veritatis animaduerte qd̄ vt su
pra dictum est refert multum apud peripathe
ticos dicere aliqd esse essentiam alicuius rei ⁊
dicere illud eē illius rei qditatē in gn̄abilibus ⁊
corruptibilibus vnde Comen. in. vii. metha. in
co. xxi. inquit soluendo questionē sophistarū que
rentium vtrum quiditas hominis sit eadem cū
homine aut aliud ab homine inquit ⁊ solutio est
qm̄ quiditas hominis est homo vno modo ⁊ nō
est homo alio modo ⁊ est forma hominis. Et nō
est homo qui est congregatus ex prima mate
ria ⁊ forma. Unde sumendo hominem pro ho
minis quiditate forma hominis est homo sed
sumēdo hominem pro essentia illa que est quid
ꝯgregatum seu ꝯpositum ex materia ⁊ forma sic
quiditas hominis non est homo. Et aduerte vl
terius qd̄ lʒ fm Comentatorem materia non sit
pars quiditatis tn̄ dʒ poni in diffinitione substā
tie ꝯposite ex materia ⁊ forma physicus. n. diffi
nit p materiam ⁊ dialecticus p formam vt dicit
Arist. in p de aīa in tex. co. xvi. vbi Comen in co
mento hʒ qui in diffinitionibus ponit materiam
⁊ dimittit formam diminute accipit sed q ponit
formam ⁊ dimittit materiam vr̄ dimittere ali
quod non necessarium sed non est ita qꝛ forma
dʒ accipi in diffinitionibus fm dispositiones in
quibus existit. ¶ Nec vʒ rō aducta p Scotum
qꝛ tunc diffinitio substantie composite esset per
additamentum qꝛ materia non est de quiditate
qꝛ reflecto argumentum certum est qd̄ corpus
non est de quiditate anime ⁊ tn̄ ponitur in diffi
nitione quiditatiua anime qꝛ Arist. ii. de anima
tex. com. v. diffinit animam dicens qd̄ anima est
actus corporis organici habentis vitam in potē
tia sed dicimus non illam diffinitionem cum sit

**Defen
sio Aue
roys.**

substantie nō esse ex additione lʒ detur p aliqd
qd̄ non sit de quiditate diffiniti tn̄ est necessariū
pro completo intellectu eius qꝛ forma dr̄ relatī
ue ad materiam vt a naturali consideratur ⁊ idō
est diffinibilis per illam sed qꝛ ex materia ⁊ for
ma fit vnum per se ⁊ sunt eiusdem generis ideo
quoties forma diffinitur per materiam aut ma
teria per formam non dicuntur iste diffinitiones
esse ex additione. Sed diffinitiones accidentium
copulatoꝝ que dant per ꝓpria subiecta sunt ex
additione qꝛ subiectum est in alio genere ⁊ qꝛ
ex subiecto ⁊ accidente non fit p se vnum ⁊ hoc
est qd̄ pulcre notauit Comen. in. vii. prime phy
losophie in com. xvii. inquit. n. qd̄ talia acciden
tia aut non habent quiditatem veram ⁊ diffini
tionem veram aut si habent. habent alio modo
⁊ secundario ⁊ hoc est ita qm̄ subiecta talium ac
cidentium non sunt sicut genera differentiarum
sunt enim diuersa fm genus ⁊ fm naturam qd̄
non contingit in genere ⁊ differentia. Ergo
illud quod congregatur ex eis ⁊ ex subiecto
est vnum in actu sicut illud quod congregatur
ex genere ⁊ differētia ⁊ ita ēt est de materia cū
forma si bn̄ aduertis ¶ Preterea reflecto ar
gumentū adductū ex. vij. metb. tex. co. xi. ⁊. xii.
Nam ibi expresse colligit qd̄ in diffinitione sub
stantie materialis habētis omnes causas debēt
poni omnes cause ita quod efficiēs ⁊ finis vltra
materiam ⁊ formam sed per te efficiens ⁊ finis
non sunt de quiditate qꝛ sunt cause extrinsece:
ergo tales diffinitiones sunt ex additiōe vbi da
tur ibi exemplum de homine qui hʒ quatuor ge
nera causarū ⁊ ille est locus clarus contra Bur
leum ⁊ sequaces qui volunt quod ad habēdam
cognitionem perfectam simpliciter per diffini
tionem non oportet cognoscere omnes causas
sed solum causas intrinsecas cum tamen idem
dicatur esse iuditium de cognitione complexa
habita per demonstrationem ⁊ per diffinitionē
nam omnis diffinitio aut est demonstrationis
principium aut est demonstrationis conclusio
aut est solo situ variata a demonstratione vt dici
tur in libro posteriorum analeticorum quia igit
non distinxerunt scotiste inter essentiam ⁊ quidi
tatem ideo deuenerunt ad hoc ⁊ ita ad omnia
argumenta probantia quod in diffinitione sub
stantie composite ex materia ⁊ forma debet po
ni forma ⁊ materia concedenda sunt tamen ma
teria non ponitur quia sit pars quiditatis sed
ponitur in diffinitione tamquam vehiculum
deferens quiditatem que est forma quia ista vt
a naturali consideratur in quadam relatione
consistunt vnde Comentator in. iiii. physicorum
comen. xvi. inquit quod scire quiditates vltimo
rum principiorum difficile est ⁊ scire materiam
sine forma aut formam sine materia impossibi
le ⁊ sic etiam Comentator bene concedit quod
illa que diffiniuntur vere sunt composite substā
tie vt patet. vii. metha. comen. xl. Et concedit
quod diffinitio substantie composite est compo
sita ex materia ⁊ forma vnde. vii. metb. xxxvii.
homo in cōi diffinitur per carnes ⁊ ossa in cōi
tamen alia

tamē alia rōne ponitur materia ⁊ alia forma vt ex dictis patet ⁊ ita ēt patet quō anima non est animal vno modo ⁊ tñ alio modo aīal ipsa aīa dici pōt. Reuocemus igitur sermones eo vnde diuertimus ⁊ dicamus qđ in cōceptis cum materia aliud est quodquid est ab eo cuius est qđ quid est idest aliud est quiditas ⁊ indiuiduum seu aliud est essentia aliud quiditas l abstractis aūt a materia idē sunt quiditas ⁊ essentia ⁊ presertim in prima intelligentia sicut statim dicam in sequenti theoremate.

Propō. xl.

¶ In prima forma essentia eius est quiditas eius alie autem forme diuersantur in quiditate ⁊ essentia quo quomodo

Propositio est Comē. Auerroys. iij. đ anima in solutione. iij. q. in comen. v. ⁊ in libro de structio destructionum in disputatione. vi. in solutione. vi. dubij vbi inquit quod prima eā est quiditas absoluta: ⁊ oīa alia a predicta quiditate quiditatē hñt: ¶ Pro cuius intellectione animaduerte vnum qđ scribit Auerr. in preallegato loco. iij. de anima qđ sicut esse sensibile diuiditur in materiam ⁊ formam sic esse intelligibile diuiditur in aliquid consimile materie ⁊ in aliquod consimile forme. Nam vt supra notaui tibi ista sunt duo extrema latitudinis entium prima forma ⁊ prima materia. Et sicut prima forma que est deus gloriosus retinet supremum gradum in genere actus: sic prima materia retinet supremum gradum in genere potentie. Nam vt scribit Comē. in fine libri de substantia orbis potentia hꝫ gradus ⁊ materia hꝫ gradus ꝗ actus ⁊ potentia sunt differentie opposite vt patet nono prime phylosophie tex. co. primi sic ēt actus hꝫ gradus ⁊ forma hꝫ gradus Unde sicut materia est substantia que est in pura potentia qꝛ non est actus nec habens actum qꝛ non est forma nec formatum sic prima forma est purus actus ita qđ nō est potentia nec habēs potentiam: loquor aūt de potentia que passiua ē ⁊ attestatur materie ⁊ imperfectioni: vñ Comē. in nono prime phylosophie comen. ij. inquit qđ sicut in diffinitione cuiuslibet potentie passiue sumitur diffinitio potentie passiue prime materie: sic in diffinitione cuiuslibet potentie actiue sumitur diffinitio actionis pme forme ista. n. sunt duo extrema iuxta illud ēt beati Augustini in. xij. libro ꝯfessionum duo dñe fecisti vnum prope te ⁊ aliud ꝓpe nihil necesse est aūt qđ oīa media inter purum actum ⁊ puram potentiā participēt naturam extremoꝝ ⁊ qđ sint ꝯposita ex actu ⁊ potentia sed diuersis modis sicut diuersa est natura istoꝝ medioꝝ nam distātie entium sunt valde diuerse vt asserit Comen. in ij. celi ⁊ mundi in comen. lxiij. vnde in oībus intelligentijs citra primam est aliquid simile materie ⁊ hoc est potentia que dicit priuationem alicuius actualitatis ⁊ perfectionis. Nulla. n. intelligentia preter primam ꝯtinet totam perfectionem possibilem reperiri in habitu entis lꝫ quelibet ꝯtineat tātā quanta est sibi ꝯpetens qꝛ in eternis non differt posse ab esse sm phylosophos: ideo dicit Com. v. metb. in cap. de perfecto qđ solum primū principium qđ est deus gloriosus est ens simplr perfectum qꝛ nulla perfectio sibi deficit nec vt tale ens nec vt simplr ens: sed alie intelligentie sunt entia perfecta in genere qꝛ vna queqꝫ hꝫ tñ de perfectione ꝓut natura sua est capax. Et lꝫ intelligentia saturni vt talis oēm perfectionem quā potuit ꝯsequi in ꝓpria forma ab eterno habuerit ⁊ vt sic dicaꝭ esse pfecta rōe qua talis: si tñ ꝯsiderata fuerit vt ens reperiꝭ priuata aliquo gradu perfectionis lꝫ. n. sit perfecta in suo ꝓprio genere non tñ est perfectissimum ens qꝛ non hꝫ tātam perfectionem quantam hꝫ prima a qua dependet ⁊ sic in suo esse inuenitur ꝯposita ex actu ⁊ potentia non tāquam ex positiuo ⁊ positiuo sꝫ tāquam ex positiuo ⁊ priuatiuo sicut bene dixit in hoc Henricus de gandauo in qbusdam qōnibus formatis ab ipō de simplicitate dei ⁊ in quolibetis: quolibeto iiij. q. xvi. ⁊ post ipm Scotus in. viii distinctione primi. q. ii. vnde talis potētia in abstractis inuenta non dicit aliqd reale qꝛ nihil in eis est vere possibile vt dicit Comen. in. ii celi ⁊ mundi comen. xxxiiii. Nā possibile in eternis est necessarium ⁊ hoc fuit ēt de mente phylosophi in nono pme phylosophie tex. co. xvii. vbi hꝫ est aūt nihil potētia sempiternum: sed ista potentia est logica ⁊ est ens rōnis qꝛ dicit solā non repugnātiam qꝛ intelligentie saturni inquantū ens non repugnat qđ sit pfectior quā est sicut dicimus qđ talpa inquantū animal pōt videre cū tñ talis potentia in talpa nihil reale ponat sed solā nō repugnantiam ⁊ est potētia talis logica ꝗ nihil aliud est quā respectus qdam causatus a rōne ex nō repugnantia terminoꝝ inquantū nō repugnant: vnde non posuerunt phylosophi aliquam realem compositionem in talibus intelligentijs nisi forte in aīa intellectiua pp ipsam esse vltimam in genere abstractoꝝ vt testaꝭ Comen. in. iii. de aīa in com. xix. ⁊ xii. metb. comē. xvii. ⁊ vꝭ esse sīia Arist. in. iii. de aīa fine dubio l tex. co. xvii. vbi vult qđ in oī natura l qua ē vnū qđ est oīa fieri opertet esse alteꝝ qđ est oīa facere. ¶ Et aduerte ex hoc qđ potētia illa que inueniꝭ in alijs intelligentijs citra primā nō est potentia illa que cum actu diuidit ens inquantum ens vt subtiliter deduci pōt nam certum est qđ ens qđ diuidiꝭ in. ix. metb. p potētiam ⁊ actum est ens extra aīam nam Arist. in fine sexti prime phylosophie abiecit a ꝯsideratione diuini ens p accidens qꝛ nō hꝫ cām terminatam: ⁊ ens in aīa qꝛ est ens diminutum ⁊ p ꝯñs ens sm se ⁊ extra aīam retinuit qđ diuisit p tres primas diuisiōes vꝫ in substantiam ⁊ accidēs ⁊ de ista pertractat in. vii. ⁊ in viii. prime phylosophie. Et secūda diuisio fuit p potentiā ⁊ actum ⁊ hanc ꝓsequutus est in. ix prime phylosophie: ⁊ tertia diuisio ē p vnū ⁊ multa ⁊ istā ꝓseqꝭ in. x. pme phylosophie

Henri de gādauo scotus

Oplo a hor.

possibile: ¶ Dicūt qdā qd̄ intelligitur vel quo
ad substantiam vel quo ad accidentia vnde cō/
posita generabilia sunt noua quo ad substantias
⁊ quo accidentia. Composita aūt eterna sunt no
ua quo ad accidētia tantum. vnde dicunt qd̄ in
corporibus celestibus in quibus est aliqua com
positio est nouitas quo ad accidentia sic et̄ in ani
ma intellectiua in qua est compositio ex intelle/
ctu agente ⁊ possibili est nouitas quo ad intelle
ctionē: ¶ Sed ista positio nisi aliud dicat stare
non pōt qꝛ vt supra patuit in alijs intelligentijs
citra primam ⁊ citra animam intellectiuam est
aliqua compositio ex potentia ⁊ actu ⁊ tamē in
talibus nulla penitus est nouitas nec quo ad sub
stantiam hoc clarum est: nec quo ad accidentia
qꝛ in talibus nullum accidens est vt scribit Co
mē. xij. meth. com. xxv. ¶ Joānes aūt de ganda
uo dixit qn̄qꝫ glosando nouitatem pro dependē
tia ita quod omne compositum est nouum idest
est dependēs Sed hoc est abuti vocabulis nam
potest esse depēdentia sine nouitate vt patet ex
ii. capite de substantia orbis ⁊ primo metheoro
rum ad principiuꝫ vbi dicit phylosophus quod
oportet mundum istum inferiorem superioribus
lationibus esse cōtinuum vt omnis eius virtus
inde gubernetur ⁊. xii. prime phylosophie tex.
co. xxxviii. loquens de deo inquit ex tali princi
pio celū ⁊ natura depēdet. ¶ Amplius illa glo
sa non est ad mentem nec ad propositum Comē
tatoris ibi vt declaraui ⁊ sicut cuilibet speculāti
patere pōt ¶ Amplius Comentator dicit oē cō
positum esse possibile vbi aliquando dicit omne
compositum nouum esse nunq̄ꝫ autem dixit cō/
positum sumi pro dependēte lꝫ verum sit omne
compositum dependere a principijs componen
tibus. ¶ Moderni autem declarantes hoc in
disputatione tertia in libro destructionum in so/
lutione. xix. dubij inuenerūt duas vias Prima
via est quod duplex est vniuersale vꝫ per essen
tiam sicut est intellectus agens ⁊ quelibet ab/
stracta substantia qꝛ talia nō sunt abstracta a ma
teria qꝛ mens auferat ea a materia ⁊ a cōditio
nibus materie aliud vero est vniuersale parti/
cipatiue sicut sunt forme reruꝫ naturalium que
fm̄ esse sunt singulares attamen participando
lumen intellectus agentis sunt fm̄ modum vni/
uersalia separata ab hic ⁊ nunc ⁊ reliquis con/
ditionibus materie ⁊ tunc dicunt quod vniuer/
sale participatiue est minus abstractum quā vni
uersale per essentiam qꝛ suam abstractionē non
hꝫ nisi ab vniuersali per essentiam constat autē
quod tale vniuersale participatiue in nullo pōt
esse subiecto nec vniuersali nec particulari nisi
eo modo quo cognitum est in cognoscēte ⁊ ideo
multo magis oportet dicere qd̄ intellectus agēs
non vnitur possibili subiectiue sicut forma mate
rie: sicut vniuersalia fm̄ modum. s. materialia
non possunt vniri ei nec alicui subiectiue ppter
eorum vniuersalitatem ⁊ abstractionē quaꝫ habēt
ab itellu agēte ⁊ sic asserūt apparere peccatū Joā
nis asserentis animam intellectiuam compositā
esse ex intellectu agente ⁊ possibili ⁊ ideo dicūt

Impu.

po. Jo annis.

Impu

Modernorum positio.

quod omne compositum est particulare ex actu
particulari ⁊ potētia indiuidua ⁊ ideo omne ta
le est nouū generabile ⁊ corruptibile Potuisset
confirmare hoc satis ad propositum p auctori/
tatem Auer. xii. methā. comē. xvij. vbi scribit ⁊
ideo intellectus de intelligentia agente ⁊ eius
loco ⁊ prosperitate eius ex ipsa que est potētia
est quasi locus huius intellectus non quasi ma/
teria ¶ Sed ista prima via stare non pōt quia.
Com. in. iii. de aīa com. xiiii. inquit quod ista no
mina potentia ⁊ receptio ⁊ perfectio modo equi
uoco dicuntur in abstractis ⁊ in rebus mate/
rialibus diuersitas enim istius intentionis. s. re
ceptionis que est in intellectu a receptione que
est in rebus materialibus res est ad quā ducit
ratio vñ non est opinandum quod ipsa materia
est causa receptionis sed causa receptionis trās/
mutabilis ⁊ est receptio huius singularis causa
aūt receptionis simpliciter est ista natura ⁊ ex
hoc modo fuit possibile quod corpora celestia re
ciperent formas abstractas ⁊ intelligerent eas
⁊ fuit possibile vt intelligentie abstracte perfi/
cerētur p se ad inuicem ⁊ si nō non esset possibi
le vt illic intelligeretur recipiens ⁊ receptibile
vnde quod est liberatum ab hac natura est pmū
intelligēs. ¶ Amplius. ij. celi com. iii. inquit lo
quens de corpore celesti ⁊ forma eius recipiens
aūt istam formam qd̄ adunatur cū ea est corpus
celeste incorruptibile ad quod sequuntur dimen
siones corporales ⁊ alia accidentia que in eo in
ueniūtur ⁊ ideo l eo forma ⁊ formatum sunt idē
numero sed fm̄ dispositionem magis diminutā
quā sit adunatio recipientis ⁊ recepti in forma
abstracta ⁊ causa istius adunationis inter istaꝫ
formam ⁊ suam materiaꝫ est qꝛ non coheret sue
materie mediantibus dimensionibus sicut for/
me generabiles ⁊ corruptibiles ex quibus v̄bis
clare colligitur quod licet in intelligentiis non
sit receptio que sit per materiaꝫ que est causa re
ceptionis signate sicut est materia rerum sen/
sibilium est tamen ibi receptio que sit per intel/
lectum possibilem qui est materia intelligibiliū
nam vt scribit. com tertio de anima. comē. v. in
solutione. iii. q. sicut esse sensibile diuiditur in duo
videlicet in materiam ⁊ formam sic esse intelli/
gibile diuiditur in duo videlicet in aliquid simi
le materie ⁊ in aliquid simile forme ⁊ c. ⁊ vt inquit.
Com. illa adunatio est longe perfectior quam sit
illa q̄ est inter orbē ⁊ ipsam intelligentiā qꝛ ma/
ior vnitas resultat ex compositione qua vnus in
tellectus inferior recepit superiorem quā sit il/
la in qua celum recipit intelligentiam maior n.
est affinitas intellectus cum intellectu ⁊ rei in/
corporee cum re incorporea quam corporis cuꝫ
intellectu ⁊ ad auctoritatem. Auerr. xii. metha.
com. xvii. dico quod pro quanto intellectus possi
bilis non recepit agentem sicut materia que est
hic recipit formam rectius dicitur locus quam
materia nam forma que est hic educitur de po
tentia materie ⁊ est constituta in esse p materiā
qꝛ coheret materie mediantibus dimensioni/
bus interminatis ⁊ recipitur p pūs signate que

Impu prime vie.

tamē non sunt in receptione intellectus possibi lis respectu intellectus agentis ⁊ sic quo ad hoc recetius dicitur locus quā materia tamen intelle ctus possibilis bene recipit intellectum agenteꝫ sicut perfectibile recepit suam perfectionem ⁊ ex tali adunatione resultat verius vnum quam ex materia ⁊ forma in omni .n. compositione de uenire opꝫ ad aliquā vnitatem.

Secū/ da mo derno ruꝫ ex positio

¶ Secūda expositio eius est quā dicunt esse dementie philoso phi in .xij. metha. nam dē factum ⁊ cāum fit ⁊ causatur fm modum sui eē Effectus .n. non pul lulat nisi sicut est possibilis in natura entis in hoc enim differt simplex a composito qꝛ simplex sta tim est id quod est vt pꝫ in fine .vij. metha. ꝯpo sitū autem habet esse in vnione partiū ⁊ colliga tione inuiceꝫ ⁊ ideo opꝫ quod modus sui esse sit fm colligationem eaꝝ inuicem ideo cāns ꝯpositum debet colligare partes inuicem aliter factio eius nō differret a factiōe rei simplicis modo ap paret quod non ligantur nisi illa que in sui natu ra non sunt ligata ⁊ vnita quoniam aliter agens esset ociosum ergo opꝫ quod natura partiū sit non de se in colligatione cōsistens modo partes que in suis naturis non consistunt in colligatione eaꝝ sine dubio possunt esse in opposito colliga/ tionis .s. sub diuisione ⁊ separatione ⁊ ex hys se/ quitur qđ omne compositum est solubile in sui natura qm̄ partes eius sunt solubiles ⁊ in suis naturis non consistens in colligatione ⁊ tunc for mā rationem in forma sic omne ꝯpositum colli gatum ex partibus in quaꝝ natura non est colli gatio ⁊ ꝯpositio est solubile ⁊ colligabile oē ꝯpo situm tam vniuersaliter quā particulariter ē cō positum ex partibus in quaꝝ natura non est col ligatio ⁊ ꝯpositio ergo oē ꝯpositum est solubile ⁊ colligabile tunc vltra omne compositum colli gabile ⁊ solubile est generabile ⁊ corruptibile ⁊ est manifestum per se omne compositum est sol lubile ⁊ colligabile vt dictū est ergo omne com/ positum simplr est nouū generabile ⁊ corrupti/ bile ideo omne ꝯpositum est nouū vt dicūt ⁊ est via firmissima ⁊ demostratiua test. Arist. in pre dicto loco ⁊ resumentes suam opinionē dicunt quod omne ꝯpositum ex diuersis rebus est sine dubio nouū verum ꝯpositum est duobus modis ¶ Quoddā ex diuersis rebus realiter distinctis ¶ Quoddā vero ex perfectione ⁊ priuatione qua dam maioris perfectionis sicut reperitur in oī bus citra primā tunc dicunt quod omne ꝯpositū est dependens ⁊ hꝫ cām ⁊ hec est vniuersalis tā in ꝯposito primo modo quā in ꝯposito secundo modo sed loquendo de composito primo modo omne ꝯpositū est nouū simpliciter ⁊ ad argumē tuꝫ de anima intellectiua dicit se dixisse in libro de intellectu quod in ea nulla est compositio ni/ si secūdo modo non primo modo nam intelle/ ctus agens ⁊ possibilis non sunt due res sꝫ due

Imp. secun/ de ex/ positio nis.

opationes. ¶ Sed ista secūda via tanto magis increpanda occurrit quanto quod errorem quē in se continet ascribit Arist. Nos enim nō descē dimus in contradicendo sermonibus istius viri nisi pp amorē veritatis sicut philosophum de/ cet nam multos tempore meo scripta istius ho/ nimis in graues errores ⁊ manifestissimos de/ truserunt fuit enim studiū est in contradicendo partibus antiquis ⁊ scribere quid quid imbue/ camvenerit iuxta illud. Arist. in .ꝑ. de generatio ne ⁊ corruptione .tex. com. vij. Qui autē ex mul/ tis sermonibus indecti existentium entis intuē tes ⁊ ad pauca respicientes de facili enunciant Dicimus nos quod Arist. ibi argumentatur cō tra antiquos ponentes entia mathematica sepa rata fm esse a sensibilibus ⁊ inquit quod impossibi le est tales naturas separatas esse a sensibilibus si .n. erūt separata solida preter sensibilia ab hys altera ⁊ priora sensibilibus palam ⁊ preter sup ficies alteras necessarium est separatas superfi cies ⁊ punta ⁊ lineas eiusdem enim rationis si aūt hec palam preter solidi mathematici super ficies ⁊ lineas alie separate priora enim compo sitis sunt incomposita ⁊ cetera que sequūtur vsꝫ ad imaginationem antiquoꝝ ponentium mathe matica corpora separata fm eē a sensibilibus se quuntur illa inconuenientia sed non fuit inten/ tio Arist. fm mentē propriam qđ generationes naturales fiant illo modo sicut fingit iste bonus vir quod agens naturale colliget partes quaꝝ natura consistit in non colligatione hec .n. est im maginari quod generationes substantiales ab agente naturali proficiscantur quēadmodū gn̄a tiones rerū artificialiū fiunt ab artifice vbi vna tabula in arte nauifactiua que erāt separa ab altera colligatur cum altera tabula mediante clauo ⁊ ista imaginatio est vana nā materia pri ma cum sit ens in pura potentia non inuenit in esse quod habet extra animam separata a forma vnde Com. iij. celi ⁊ mūdi .com. xxix. inquit ens in potentia non inuenitur nisi in ente in actu ⁊ si separaretur esset ens ⁊ differentia inter esse in potentia ⁊ non esse est qꝛ non esse nō est in actu ens neqꝫ in aliquo in actu non distincto ab eo ⁊ hoc intendimus in hoc loco cum diximus de prima materia quod non est ens in actu ⁊ ē ens in ente in actu non distincto ab eo similr ēt for ma materialis fm suam rationem non inuenit separata a materia .qꝛ separatio eius a materia est eius corruptio vnde .Com. iij. celi .com. xxxi. ostendens differentiam inter elementa que sunt corpora ex qbus constāt mixta inter ⁊ elemēta que non sunt corpora vt prima materia ⁊ forma inquit ⁊ debes scire quod elementa hec de qui/ bus perscrutatur sunt alia ab vniuersalibus de quibus pscrutatus fuit in .ꝑ. physi. illic enim de clarauit elementa vniuersalia corpoꝝ simpliciū ⁊ compositorū .s. primam materiam ⁊ formam: hic aūt declarare intendit elementa corpoꝝ cō/ positorum tm̄: que equiuoce dicuntur elemēta cum illis quoniā cū cōpositum diuiditur nō exi stunt in actu forma enim corrumpitur ⁊ mate/ ria induit aliam formam amplius. Com. xv. di/ uinoꝝ com. xviij. inquit agens non congregat inter duo in rei veritate sed est extrahens illud quod est in potētia ad actū ⁊ quasi congregat inter potentiam ⁊ actū scilicet inter materiam ⁊ formam fm

⁊ formam ſm quod extrahit potentia ad actū non destruendo subiectum, recipiens potentiā ⁊ tunc efficiuntur in compositio duo .s. materia ⁊ forma vnde intentio. Arist. contra Platoné .vij. metha. tex com .xxiij. ⁊ infra est quod illud quod per se generatur ⁊ per se fit est sinolon .i. simul totum videlicet compositū ⁊ materia ⁊ forma nō generātur nec fiunt nisi per accidēs vñ. Com. ibidem. comen. xxvi. super illis verbis in textu ⁊ hoc non est aliud inquit idest ⁊ non facit aliqđ vnum in aliquo .v. g. formam in subiecto qm̄ manifestum est quod si facit facit ex alio aliud nō aliud in alio facit enim ex materia formatū nō in materia formam non fuit igitur opinio Ari. quod generatio naturalis fiat ab agente naturali qꝛ colligat naturas quaꝝ ratio consistit in esse non ligato ⁊ quaꝝ ratio consistit in esse separato ⁊ dissoluto qꝛ hoc facit credere generationes naturales assimilari artificialibus quod est maximum inconueniens vnde. Com. xij. metha. com. ij. super illis verbis. tex. ⁊ enim si totum quoddam omne substantia est prima pars ⁊ si eo qđ est ꝯsequenter ⁊ ita primū sb̄a deinde qualitas aut quantitas recitans expositionem Themistij inquit sed ipse intellexit de vniuerso tres modos aut vniuersum compositum ex partibus consimilibus adunatis ad inuicem aut contangentibus se vt corpora artificialia aut segregatis vt pars ciuitatis ⁊ exercitus ⁊ reprehendens ipm̄ in hac expositione inquit ⁊ hec additio est superflua nullus enim existimat quod ptes entis que sunt decem predicamenta sint contangentes se aut segregate in locoꝝ ita ego dico quod nullus peripatheticoꝝ imaginatur quod gñatio nālis ab agente naturali fit quia materia ⁊ forma que sunt solute ligentur ⁊ copulentur ad inuicem nullis enim est ligatura nullum gluten nullum deniqꝫ vinculum inter materiam ⁊ formā nam vt scribit. Arist. viij. metha. tex. com. xv. ideo ex materia ⁊ forma fit per se vnum qꝛ illud est potētia ⁊ hoc est actus ⁊ huius nulla est ratio intrīsica grationibus intrinsecis istoꝝ simplicium vñ vt ꝯcludit quere nulla alia causa nisi vt quasi mouens ex potentia ad actū. ¶ Amplius in eo qđ dicit quod oē ꝯpositum ex diuersis rebus ē simpliciter nouum falsum est nam ſm. Auer. in principio libri đ substātia orbis corpora celestia sunt composita ex duabus naturis videlicet ex natura agente motum ⁊ ex natura recipiente motum sicut corpora gñabilia ⁊ corruptibilia componuntur ⁊ tñ corpora celestia non sunt simpliciter noua. ¶ Amplius quod dicit de aīa intellectiua quod non sit vera composita ex duabus substantijs realiter distinctis falsum est ⁊ cōtra Arist. ⁊ Com. tertio de aīa com. xvij. vbi volunt quod in oī natura sunt tria .s. agēs ⁊ patiēs ⁊ factum ⁊ com. xij metha. com. xviij. expresse dicit vbi recitauit opinionem. Alexandri ⁊ Themistij de intellectu agente mālī ⁊ intellectu in habitu nos aūt iam perscrutati sumus de istis duabus opinionibus in libro de anima ⁊ diximus quod intellectus agens est quasi forma in intellectu materiali ⁊ quod ipsa agit intellecta ⁊ recipit ea ſm intellectu materialem ⁊ qđ intellectus materialis non est gñabilis neqꝫ corruptibilis ⁊ declarauimus illic quod hec est sententia Ari. ⁊ quod intellectus in habitu .i. speculatiuus habet partem generabilem ⁊ corruptibilem illud aūt quod corrumpitur est actio eius in se aūt non corrumpitur ⁊ quod ex extrinseco intrat nos. ¶ Amplius. Com. iij. de aīa com. iiij. mouens obiectionem contra philosophum qđ aīa intellectiua sit actiua ⁊ non passiua qꝛ obiecta extrinseca non mouēt ipsam nisi postꝗ mēs aufert vel abstrahit ea a materia soluendo dicit ſm igitur quod intellecta mouent eam est passiua ⁊ ſm quod mouentur ab ea est passiua ⁊ ideo dicit. Arist. post idest in. tex. com. xviij. quod necesse est ponere in aīa rationali has duas differentias .s. virtutem actionis ⁊ virtutem passionis ⁊ dicit aperte quod vtraqꝫ pars non est generabilis neqꝫ corruptibilis vt post apparebit ⁊ est in. tex. com. xix vbi expresse. Arist. dicit intellectum agentem esse abstractum ⁊. Com. p longum processum ostendit eadem ratione intellectum materialem esse abstractum ⁊ quod isti sunt realiter distincti nā vt inquit ibi. Com. quēadmodū nō scimus multitudinē intellīuū abstractoꝝ nisi p diuersitatē actionum eoꝝ ita ēt nō scimus diuersitatem istius intellectus materialis ab intellectu agente nisi per diuersitatem suaꝝ actionū ¶ Amplius ī quo differt opinio. Auer. ab opinione. Themistij ⁊ theophrasti nisi ita ponat vt diximus nam vt scribit. tertio de aīa. co. v. ⁊. xx. Themistius ⁊ theophrastus voluerunt vt sibi ascribit ipse quod intellectus agens ⁊ intellectus materialis ⁊ intellectus in habitu sunt vnus intellectus subiecto ⁊ quod actio ⁊ receptio intelliguntur ſm similitudinem sed ipse vult animam intellectiuā componi ex intellectu possibili ⁊ ex intellectu agente tamꝗ ex duabus partibus essentialibus realiter distinctis ⁊ qđ recipiat species intelligibiles per intellectum possibilem ⁊ quod agat ⁊ abstrahat per intellectum agentē vnde patet error illoꝝ qui posuerunt intellectum agentem esse deum cum. Ari. ⁊. Com appellant ipsum anime nostre partē sed de his diffuse vide que scripsi in. speciali questione de hoc in. xij. metha. super expositione. te. com. xvij. ¶ Dicamus igitur nos quod si propositio dicens omne compositum nouū esse ⁊ p nouū intelligatur dependens nulla difficultas contingit qꝛ omne compositum dependet a suis principijs componentibus. ¶ Sed si per nouū intelligatur possibile ⁊ generabile tunc opus est distintione pro quo animaduerte quod in quolibet composito necesse est vt vnum concurrat vt actus ⁊ reliquum vt potentia vt patuit ex auctoritate supra allegata ex. viij. metha. tex. com. xv. vnde. ij. de anima. tex. comē. vij. non oportet querere si vnū est anima ⁊ corpus sicut neqꝫ cera ⁊ figura neqꝫ oīno vniuscuiusqꝫ materia ⁊ id cuius est materia vnum enim ⁊ esse cum multipliciter dicantur quod vere est actus est po/

positio ppria

tentia autem pro nunc est in duplici differen/tia quedam est potentia simplex que videlicet est ad vnum quedam vero est potentia multi/plex appello aut multiplicē potentiā que est ad opposita sicut est potentia ꝯtradictionis sicut ē potentia que est in prima materia nam per talē potentiam res potest esse ⁊ non esse vt patet .vij. metha. tex. comē: xxij. ⁊ .liij. ⁊ talis dicitur potē/tia in substantia vel ad esse ſm. Auerr. in libro de substantia orbis dicit n: iuxta principium se/cūdi capituli quod oē in quo non est potentia ni/si ad duo contradictoria est potentia que est in substantia de ista enim intelligitur dictum phy/losophi in .ix. metha. tex. com. xvij. videlicet qđ omnis potentia passiua est potentia ꝯtradictio/nis ⁊ ideo dum queritur vtrum omne ꝯpositum est nouū intelligendo per nouū possibile quod videlicet potest esse ⁊ non esse distinguendū est de composito qꝛ si compositum fuerit ex potē/tia passiua que est potentia contradictiōis sicut sunt ista generabilia ⁊ corruptibilia in quibus ta/lis potentia est causa sue possibilitatis ⁊ gñabi/litatis sicut dicit. Com. in primo. cap. de substan/tia orbis ⁊ in secūdo declaratum est quod causa corruptionis entium ⁊ factionis eoꝝ est ꝯtrarie/tas existens in suis formis ⁊ cōe subiectum qđ nullam habet propriam formam sed est in potē/tia ad omnem formam ⁊ in secundo cap. ponēs differentiam inter corpora gñabilia ⁊ celestia di/cit qđ corpora generabilia componuntur ex sub/stantia in potentia ⁊ ex dimensionibus in poten/tia sic igr̃ omne tale compositum isto modo est nouū ⁊ possibile. ¶ Si aūt loquamur de com/posito ex substantia in actu ⁊ ex dimensionibus in actu sicut sunt corpora celestia que ꝯponūtur ex orbe qui est materia in actu ⁊ rectius dicitur subiectum quam materia vt dicit. Com. in. viij. metha com. xij. ⁊ in secūdo. cap. de substantia or/bis nam in tali orbe non est potentia nisi ad vbi tantum non est potentia ad esse ⁊ non esse sicut est in prima materia sic tale compositū non est nouū sed antiquū seu eternū ſm phylosophos ⁊ eodem modo aīa intellectiua que est composita ex intellectu possibili ⁊ ex intellectu agente qꝛ ibi non est potentia ad substantiam nam intelle/ctus possibilis est materia intelligibilium ⁊ reci/pit alio modo quā recipiat materia ibi talis cō/positio stat cum eternitate in substantia ⁊ simili/ter compositio ex actu ⁊ potentia in reliquis in/telligentijs citra primam stat cum eternitate ⁊

ardua diffic[l]tas.

cum necessitate essendi. ¶ Sed tunc est ardua difficultas quomodo ſm istam glosaȝ. Com. ha/bebit intentum suū contra illos qui ponebant trī/nitatem in diuinis ⁊ contra. Mauros nam ma/nifeste patet quod illi non posuerunt ibi compo/sitionem ex tali potentia que est potentia contra/dictionis. ¶ Nisi esset quod primauia antiquo/rum ponebat trinitatē numeratā in substantia ⁊ cum hoc ponebant vnū deum que quidē non est opinio christianoꝝ vt quidam male autumant ibi nam nos non ponimus substantiā diuinā esse numeratam in tribus personis immo substantia

Solo.

diuina est vna numero sine distintione ⁊ diuisio/ne sui communicata tribus suppositis tunc igitur argumentum. Com. est ad hominē ibi qꝛ nume/ratio in substantia non fit nisi per materiaȝ vt pa/tet primo celi. tex. com. xcij. ⁊ primo. cap. de sba orbis ⁊ in libro destructio destructionū in dispu/tatione prima in solutione septimi dubij vbi in/quit causa enim pluralitatis seu numeralitatis est materia apud philosophos ⁊ ideo si trinitas esset numerata in substantia tunc sequitur qđ in ea esset compositio ex tali potentia que infert nouitatem in substantia si bene animaduertis. ¶ Similiter opinio Mauroꝝ ponebat trinita/tem per dispositiones super additas essentie. i. per qualitates modo vbi est numeratio per qua/litates ⁊ accidentia ibi est compositio ex mate/teria ⁊ forma qꝛ in totaliter abstractis a materia non est reperire qualitates ⁊ accidentia vt dicit Com. xij. metha. com. xxv. Nec hoc etiam dicit lex nostra qꝛ relationes originis indiuinis non determinant essentiam nec multiplicant essentiā sed constituūt ⁊ plurificant personas vt dicit. Damascenus ⁊ ideo vtriqꝫ opinioni contra quā arguit ibi ſm fundamenta philosophie contin/git quod in diuinis sit talis compositio ex tali potentia que infert veram nouitatem ⁊ veram possibilitatem ⁊ contingentiam vnde infert nisi dicant quod aliqua componuntur per se ⁊ si ita esset tunc aliqua extraherent se de potentia ad actū sine causa agente ecce quomodo ista dedu/ctio est de compositiōe qua aliqd extrahitur de potentia ad actum manifestum est autem quod hoc nō nisi generabilibus ⁊ corruptibilibus attri/bui pōt nam in eternis non est possibilitas que precedat actum qꝛ possibile in rebus eternis est necessarium vt dicit. Com. in secundi celi ⁊ mū/di. comē. xxxiiij. ⁊ sic argumentum. Auer. ꝯclu/dit ad hominem omne igitur compositū ex po/tentia passiua contradictionis ⁊ ex actu est no/uum ⁊ possibile ⁊ de hoc non est dubium.

¶ Demonstratiōes non sunt de hijs que sunt per accidens.

prop ō xliij.

PRopositio est. Arist. in .j. posteriorum ⁊ glosatur per. Com. iiij. phyfice aus/cultatiōis: com. xx. de hijs que sunt per accidens raro fallit aūt de hys que sunt per accidens semper nam de hijs que sunt per accidens semper possunt fieri demonstra/tiones vere non essentiales que dicuntur demo/strationes dialectice. ¶ Ubi animaduerte qđ per demonstrationes veras ⁊ non essentiales nō debes intelligere demonstrationem que fuit diffi/nita in libro posterioꝝ qꝛ ibi ostensum fuit quod demonstratio procedit ex hijs que sunt per se ⁊ necessaria ⁊ qđ omne necessarium ex quo fit de/monstratio est p se sed per demonstrationes veraȝ non essentiales que dicuntur dialectice intelli/gas rationes que procedunt ex veris ⁊ necessa/

Glosa Auer.

qd de mostra tio va ⁊ non essen/tialis.

rijs non tamen

rijs non tamen ex hijs que sunt per se ⁊ iste ap/
pellantur rones logice ⁊ non dicuntur proprie de
monstrationes: vnde lucidissimus. Themistius se
cundo posteriorum. cap. xxx. dicit q̄d potest fieri
reciprocatio in ronibus a causa ad euentū ⁊ ab
euentis ad causam sed primus processus ab euē
tia ad causaz est logicus silogismus secūdus ve
ro a causa supra euentum est absoluta demonstra
tio ⁊ hoc non intellexit. Burleus nec Paulus
venetus ibi. ¶ Sed tunc iterum est difficultas
q̄ scientia videtur ꝯsiderare multa que sunt per
accidens sicut quod qualitates ⁊ forme sunt di
uisibiles per accidens. ¶ Ad hanc obiectionez
respondet. Com. iij. celi ⁊ mūdi in. com. vij. dicēs
dicamus respondendo quod accidentia de qui/
bus artifex considerat quedā sunt que existunt
in suo subiecto essentiali ⁊ primo vt par ⁊ impar
in numero ⁊ quedam existunt sub similitudine
ad accidētia existentia in subiecto alterius scie
naturaliter vt arithmetricus considerat de nu/
meris superficialibus ⁊ solidis: ⁊ cōsiderat geo
meter de superficiebus ⁊ lineis ⁊ corporibus co
mnnicantibus ⁊ plus de hoc est consideratio tm̄
inferioris scie in accidentibus ꝯtingentibus suo
subiecto pp subiectū alcioris scientie vt predi/
ctum est ⁊ cum tu inspexeris consideratione na
turalis indiuisione ꝯtinui inueniens ipsam esse
in consideratione demonstrata hijs duobus mo/
dis quos diximus. s. modo per assimilationē ⁊
modo per cām cum diuisio qualitatis sit similis
diuisioni quantitatis ⁊ cā diuisionis eaz est di/
uisio quantitatis in eo quod quantitas vult dice
re sniam. Arist. in. ꝓ. posterioz analeticoz in illo
cap. non est ergo ex alio genere transcendentē
demonstrare ⁊ est. tex. com. xxij. vbi h3 non est. n.
arithmetrica demonstrationem accomodare in
magnitudinibus accidentia nisi magnitudines
numeri sunt ibi enim colligitur predicta distin/
tio posita per. Auerr. q̄d sunt aliqua accidentia
per se primo competentia vni subiecto que tm̄
per similitudinem ꝯpetūt alteri subiecto ⁊ hoc
non contingit nisi inquantū vnū subiectū subyt
rationem alterius vt par ⁊ impar quod est acci
dens essentiale numeri nam ei per se primo com
petit ⁊ tamen s̄m similitudinem transferri pōt
ad magnitudines inquantū induūt rones3 nume
ri q̄ magnitudo vt numerabilis est est aut par
aut impar ⁊ hoc erat quod dicebat philosophus
in prefata auctoritate quod accidentia numeri
de quibus per se primo considerat arithmetri/
ca per demonstrationē accomodari non possunt
ad magnitudines de quibus est geometria nisi
magnitudines numeri sint. ¶ Ex quibus ver/
bis elicio aliā limitationē sup proposita ꝓposi/
tione quod de hijs que competūt per accidens
isto modo videlicet per assimilationem possunt
fieri demonstratiōes vnde diuisibilitas p se p̄mo
⁊ essentialiter ⁊ per cām est quantitatis in eo q̄d
quantitas sed qualitatibus competit per assimi
lationem q̄ forme ⁊ qualitates sunt diuisibiles
sicut quantitas proquanto qualitas fit quāta iux
ta illud Arist. in predicamentis quanta supficies

themi.

contra Burl. ⁊ pau. venetum

accidētia ꝯsiderabilia du/plr.

fuerit tantaz albedinez fore dices sicut enim pas
siones numeri possunt demonstrari de magnitu/
dine vt magnitudo est numerabilis sic passio p
se primo quantitati competens potest demonstra
ri de qualitate in quantum qualitas subit quan
ti rationem ⁊ ista est opinio. Arist. ⁊. Comenta.
nullus me arguat de superfluitate auctoritatuz
q̄ vt inquit. Auerr. in libro colliget multotiens
homo per cribrum imensam harene quantitatē
ventilando rimatur vt inueniat paruam gēmaz

¶ Mathematicus solum de causa formali considerat.

propō xliij

PRopositio ista scribitur ab. Auer. ꝓ. physice
auscultationis in. com. ꝓ. ¶ Aliqui
hac auctoritate moti absolute dicere
consueuerunt mathematicas demonstrationes
oēs ꝓcedere per genus cause formalis. ¶ S3
ista opinio stare non pōt nam sciencie mathema
tice in suo genere demonstrant q̄nq3 per mediū
quod est cā materialis in illo genere vt in geo/
metria demonstratur quod angulus est rectus ex
eo quod est medietas duoz rectoz manifestū ē
aūt quod tale mediū in hac demonstratione non
est causa nisi in genere cause materialis q̄ pro
portio partis seu dimidij ad totuz est proportio
materie ad formam proportio autem totius ad
partes est proportio forme ad materiam vt di/
cit. Com. in. vij. metha. in. co. xxxv. vnde. Arist.
in secūdo posterioz volens exemplicare in. tex.
com. xi. in oī genere cause quomodo demonstra/
tio fieri possit adducit istud exēplum in mathe/
maticis q̄ ꝓcedit p genus cāe materialis ⁊ ista
via est. Egidij. Romani in loco allegato de tali
exemplo tamen hoc non placet. Auerr. in. com.
dicit. n. sed acceptio quidez cause que est s̄m viā
forme termini medij est sicut quod dicitur qua/
re sit angulus trianguli factus supra diame/
trum imediate circumferentie rectus ⁊ dicitur
quoniam ipse est medietas anguli que est super
centro ⁊ angulus qui est super centro causa est
trianguli s̄m hanc dispositionem sunt equales
duobus rectis ⁊ exemplum acceptionis cause
que est s̄m viam hyle medij terminū vt dicatur
quare corrumpitur homo ⁊ dicatur quoniam
est compositus ex contrariis vbi patet expresse
quomodo demonstratio illa s̄m ipsum est in gñe
cause formalis ⁊ nō materialis vt dixit. Egidius
Romanus in illo loco ⁊. Paulus venetus ibi.
¶ Consiliari autē possunt iste opiniones isto
modo quod in predicta geometrica demonstratio
ne est exemplum tam cause formalis quā etiaz
materialis exemplū aūt est hoc omnis angulus
super arcū in semicirculo consistens est rectus ⁊
probatio huius est in tertio euclidis quod angu
lus sup arcū consistens diuiditur in duos angu
los per lineam ductam ad centrum ⁊ vltra pro/
tractaz quoz angulorum vterq3 ē medietas extrin
seci ad centrum existētis ⁊ ita illi duo simul sunt

Opīo aliorū.

Impu

Opīo. egidii romāi.

Opīo. Auer.

cōcor/diatio/ter opi/niones egidii ⁊ aue.

vnum mediū duoꝝ rectoꝝ angulus autem qui est medietas duoꝝ rectoꝝ rectus est ergo angulus super arcū in semicirculo consistens rectus est pōt igitur sic formari sillogismus: omnis angulus super arcum in semicirculo ꝯsistēs est mediū duoꝝ angulorꝝ rectorum oē medium duoꝝ angulorum rectorum est angulus rectus: ergo ois angulus super arcū in semicirculo consistēs est angulus rectus: iste aūt sillogismus nondum factus est ex īmediatis habet .n. maior propositio mediū quo demonstretur .s. diffinitionem formalem anguli recti que ponitur inter principia geometrie. erit itaqꝫ sillogismus ex īmediatis talis omnis angulus equalis angulo sibi alternato coniuncto super aliquā lineaꝝ ꝯtinentiū ipm directe protractā est angulus rectus omnis angulus qui est mediū duoꝝ rectorum est equalis angulo alternato sibi ꝯiuncto ⁊ cetera ergo ois angulus qui est medium duoꝝ rectoꝝ angulorꝝ est angulus rectus mediū in hoc sillogismo ē diffinitio formalis anguli recti: in priori aūt fuit diffinitio materialis anguli recti mediū. Et ita dicit ad litterā. Robertus linconiēsis in secūdo posterioꝝ in illo capitulo qm̄ aūt scire opinamur cū sciamus cām. Ex qbus manifeste pꝫ quomodo in scientijs mathematicis demostrari potest aliqd per genus cause materialis nam lꝫ scientie mathematice abstrahant amateria sensibili nō tñ abstrahūt amateria intelligibili vt dicitur in .vij. metha tex. com. xxxv. ¶ Dicamus igiꝰ

positio ppria.

oīa corpora sensibilia sunt in loco:que tn̄ expositio non ꝯcederetur ab Alex.q vt scribit Auerr.
de eo in.iiij.physice auscultationis in com.xliij.
dixit quod non est impossibile corpus aliquod
non in loco esse:qz locus non est corporis essen/
tialiter qz non accipitur in diffinitione corporis
neqz corpus in diffinitione loci. ¶ Ideo dr̄ sol
ui pōt quod oīa corpora que realiter sunt in lo/
co sunt corpora sensibilia. Nam corpora mathe/
matica sunt in loco ꝫm imaginationem ita scri
bit Comen.in.iiij.physice auscultationis in co.
xlvij.ꝛ.iiij.physicoꝝ comē.lx.inquit quod ꝓpositiones geometrie sunt fundamenta imaginatio
nis. ¶ De rōne igit quanti est facere distare ꝛ
ideo locus corporibus principaliter debet rōne
quantitatis:sed differētia locoꝝ puta quod igni
debetur locus sursum terre aūt qui deorsum est
hec ꝯpetunt istis corporibus rōne qualitatum
sensibilium vz merito grauitatis ꝛ leuitatis.

¶ Ubi est dare maius ꝛ minus ibi est dare equale.

ꝓpō.l.

Famosa Est propositio sed fallit in re
bus naturalibus in plerisqz
casibus nā datur animal ine
quale quantum ad perfe/
ctionem asino ꝫm maius ꝛ mi
nus ꝛ tn̄ non est dare equale
aliquod.n.aīal est magis ꝑfe
ctum asino ꝛ aliquod est mi/
nus perfectum ꝛ tn̄ non daf aliquod aīal eque
perfectum sicut asinus nam species entium sunt
sicut numeri vt patet.viij.meth.tex.co.x. ¶ Si
militer loquendo de magnitudine proprie dicta
seu ꝫm modum loquēdi beati Augustini de ma
gnitudine molis est instantia nam datur in reꝝ
natura corpus maius luna. Et datur corpus mi
nus luna non aūt datur in natura corpus equa/
le lune. ¶ Et ideo patet erroꝛ illoꝝ qui sup hac
ꝓpositione fundati inquiunt dari equale ad pon
dus i qualitatibus alteratiuis patet enim quod
predicta ꝓpositio siquid veritatis ꝯtinet est in
mathematicis ꝛ in entibus imaginarijs nam
ꝓpositiones eoꝝ sunt fundamenta imaginatio/
nis vt dicit Auer.iij.physicoꝝ com.lx. ¶ Unde
aduerte quod multe ꝓpositiones sunt vere ꝫm
mathematicam cōsiderationem que in sola ima
ginatione consistit que tn̄ non sunt vere ꝫm phy
sicā ꝯsiderationē:ꝛ vt excitem intellum tuū da
bo exēpluz in plerisqz casibus. ¶ Dicūt mathe
matici qd̄ spera ꝯtangit planum in puncto sz hoc
negat naturalis ꝓ hoc vide Arist.ꝑ.de aīa tex.
comē.xiii.vbi inquit sed sicut recto inquantum
rectum multa accidunt vt tangere eneam spe/
ram secundum punctum:non tamen tangit hoc
separatum rectum inseparabile enim siquidem
semper cum quoddam corpore est:vbi Comen.
inquit contactus verus quem hz linea cuz spe
ra hoc enim inuenitur extra animam inquantū
linea est

Nota.

Erroꝛ mixtoꝝ

linea est in corpore et figura sperica in corpore. Verbi gratia inquantum linea est in ligno et spericum in cupro. Impossibile est enim vt contangat linea speram inquantum vtraque est abstracta a materia nisi contactus sit mathematicus non naturalis: idem habetur in .iij. meth. in tex. co. viij. vbi dicit Come. in co. quod geometer demonstrat quod linea recta tangit circulum in puncto: sed linea sensibilis non tangit circulum sensibilem nisi in linea et similiter ponit quod spera tangit superficiem in puncto. sed spera sensibilis non tangit superficiem sensibilem nisi in superficie. ¶ Et ex hoc poteris vindicare quantum defecerit in naturalibus subtilis doctor in .ij. sententiarum dist. ij. q. ix. de motu Angeli qui per argumenta facta in mathematicis que procedunt de motu imaginario contendit idem asseuerare de motibus physicis. Nam licet conclusio vera sit in se non tamen in via peripathetica concessa est vt patet .vi. phy. tex. co. xxxij. ¶ Similiter etiam motui circulari secundum physicam considerationem nihil videtur esse contrarium tamen mathematici sequentes imaginationem in motibus circularibus imaginariis ponunt contrarietatem vnde Comen. primo celi et mundi in com. xxxv. inquit ego autem longo tempore feci moram in hoc in quo non intellexi explanationem illius loci vltimam: sed deus induxit me ad veritatem. Et secundum hanc explanationem erit intentio sermonis Arist. quod motus circularis non habet contrarium non in eo quod motus est abstractus a corporibus naturalibus. sed inquantum est in corpore naturali secundum naturam quoniam si esset acceptus motus in imaginationibus abstractus a moto non contingit impossibile ponendo eos contrarios et eiusdem speciei. Verbi gratia cum imaginauerimus duos motus super eundem polum et idem centrum ad duas partes diuersas contingit necessario vt prohibeant se et contrarientur inter se et secundum hunc modum possibile est existimare quod in motu circulari sit contrarietas. Et cum isti duo motus fuerint positi in corporibus naturalibus reuertetur possibile ad impossibile. s. esse contrarietatem in eadem specie quia tunc contingeret vt vna res destrueret se et sic natura faceret ociosum. Verbi gratia secundum considerationem geometre superficies et sphera possunt se contangere super punctum et cum fuerint in corpore naturali non possunt se tangere nisi super partem diuisibilem. ¶ Et ex prefata auctoritate collige vnum aliud quod mathematice loquendo contraria possunt esse eiusdem speciei vt patet in casu de duobus motibus circularibus super idem centrum et eisdem polis ad partes diuersas. Sed naturaliter contraria sunt diuersarum specierum et tunc diffinitio contrariorum in .x. meth. in tex. co. xiij. contraria sunt que sub eodem genere posita maxime distant veritatem habet de contrariis sensibilibus. Nam si aliqua contraria secundum physicam considerationem essent eiusdem speciei tunc aliquid se ipsum corrumperet nam cum vnum contrariorum sit per se destructiuum alterius et in hiis que sunt eiusdem speciei quicquid per se competit vni per se competit cuilibet sic accideret aliquid per se esse sui met corruptiuum vt patet intuenti: hoc autem mathematicis abstrahentibus a qualitatibus sensibilibus contrariis que sunt causa actionis et passionis non contingit vnde sine preiudicio dicere possunt aliqua contraria esse eiusdem speciei sicut expresse fatetur Comen. in loco preallegato. ¶ Similiter etiam mathematicus in sequens imaginationem dicit continuum esse augumentabile in infinitum sed naturalis vt supra dictum fuit in hac propositione simpliciter loquendo non concordat cum geometra vt dicit Come. in .iij. physicorum in co. lx. quia ire ad augumentum est ire ad forma forma autem est ratio finitudinis et terminationis. et si concordat: hoc non est nisi secundum quid et ratione materie quia augumentatio merito materie statum non habet. ¶ Similiter in hac propositione simpliciter concordat naturalis et geometer videlicet continuum est diuisibile in infinitum quia ire ad diuisionem est ire ad nihil et ad non esse vt dicit Comen. et imperfectiones simpliciter reducuntur ad materiam tamen quia diuisio non competit forme nisi per accidens diuisio. n. in infinitum ratione forme non progreditur quia datur minima caro vt dicit Arist. in primo physicorum in tex. com. xxxvi. et ideo dicit Comen. in .iiij. physicorum in com. lxxij. quod quemadmodum linea secundum quod linea est potest diuidi in infinitum quod est impossibile secundum quod est linea terrestris aut ignea ita de subtilitate potest intelligi processus in infinitum ex sua natura scilicet secundum quod est subtilitas simpliciter non secundum quod est subtilitas corporis mobilis et ita in ista secundum quid discordat quia diuisio attestatur imperfectioni simpliciter sic intellige dictum Come. in iiij. physicorum in co. lx. quod in illa non concordat que dicit continuum est augumentabile in infinitum naturalis cum geometra videlicet simpliciter quia augumentatio attestatur perfectioni et absolute reducitur ad formam non ad materiam nisi secundario et secundum quid et quia materia est causa infinitudinis ratione eius augumentatio vadit in infinitum vt supra dictum fuit sic igitur in hac discordat simpliciter et secundum quid concordat et ita oppositis modis se habent in istis duabus propositionibus isti duo artifices naturalis videlicet et geometer. ¶ Similiter geometer in sequens imaginationem dicit motum inquantum motus est esse augumentabilem in infinitum sed naturalis negat istud et ista est solutio Auerr. si bene consideras in .vi. physi. in co. xv. ad questionem ibi motam dum querit quomodo est possibile quod omne motum possit moueri motu velociori suo motu. Nam declaratum est quod motus motorum naturalium terminatus est in velocitate et tarditate. Et celum impossibile est vt sit velocius vt post declarabitur ergo propositio que ponitur hic possibilis est impossibilis? soluendo dicit ad hoc autem dicamus quod omne motum secundum quod est motum possibile est vt moueatur motu velociori suo motu secundum quod est motus: et causa in hoc est quoniam motus est de continuo et velocitas que est in motu est similis diuisibilitati in continuo quemadmodum igitur diuisibilitas procedit in continuo in infinitum. Similiter velocitas in motu: quoniam si velocitas finiretur in motu secundum quod est motus: esset

Scoti

Nota.

possibile motum fieri in instanti. Et forte ꝓpter
hoc dixit prius qđ omnis motus est in tempore
⁊ sic ista propositio est possibilis per se impossi/
bilis per accidens.s.qꝛ accidit motui qui fuit in
rebus naturalibus idest materialibus: vbi expꝛ
se testatur ꝓpositionem illam veritatem habere
de motu vt est in rebus mathematicis ⁊ sm eꝝ
imaginationem non aūt vt est in corpore naturali
sic enim omnium natura constantium terminus
est magnitudinis ⁊ augmenti ⁊ actus vniuscu
iusqꝫ est determinatum minimuꝫ tempus ad nō
excedere vt dꝛ in.ij.celi ⁊ mūdi in tex.co.xxxix.
⁊ ista est vera expositio illius loci sic enim dicit
in simili Comētator de subtilitate in.iiii.phys.
in com.lxxij.in calce comenti qꝛ ex natura sui ē
diuisibilis in infinitum sicut linea: non aūt sm qđ
est subtilitas corporis mobilis ⁊ sic dicit illaꝫ ꝓ
positionem esse falsam possibilem ⁊ ex falso pos
sibili nō sequitur falsum impossibile ⁊ dicit qđ
Arist. illo modo declarationis multotiēs vtitur
⁊ ēt platō ⁊ est vera declaratio qm̄ non ponitur
falsum in eo qđ est falsuꝫ impossibile sed sm qđ
est falsum possibile. ¶ Silr ēt naturalis dicit
qđ figura recta non est comparabilis figure cir
culari qꝛ.vij.phy.tex.co.xxxi.comparatio fit in
specie athoma ⁊ ideo motus circularis non est
comparabilis motui recto tn̄ mathematicus se
quens imaginationem dicit oppositum vnde Co
men.vij.phys.com.xxix.inquit ⁊ intendebat p
hoc qđ impossibile est de quātitatibus esse equa
les nisi rectas tn̄ aut circulares tn̄.s.que sunt
eiusdem speciei cum iste sibi superponantur: ⁊
ideo dicimus qđ quantitates curue non equabū
tur nisi sint eiusdem circuli qđ aūt dicunt geo/
metre qđ linea recta est breuissima linea ducta
inter duo puncta dꝛ large ⁊ equalitas dꝛ de eis
fere equiuoce ⁊ silr hoc qđ dꝛ qđ circumferen/
tia alicuius circuli est equalis figure poligonie
dixit ⁊ geometer non decipitur in hoc qꝛ possi/
bile est existimare lineam rectam que incuruetꝛ
⁊ fiat circularis ⁊ qꝛ hoc accidit in mente attri
buit hoc proprie geometre. ¶ Et ex hoc alias
recolo me dixisse ⁊ nunc idem confirmo qđ qua
dratura circuli non est possibilis pp predictam
cām physice loquēdo vnde Auer. dicit in.x.me
tha.com.x.qđ linea arcualis non pōt equari li/
nee recte. Tn̄ mathematice illa quadratura pos
sibilis est vt testatur diuinus Boetius in predi/
camentis qꝛ mathematicus pōt imaginari lineā
rectam incuruari. ¶ Silr ēt sm mathematicā
ꝯsiderationem instans causat tempus sicut pun
tus lineam ⁊ tn̄ naturalis in.vi.physicoꝝ osten/
dit qđ tempus non ꝯponitur ex instantibus nec
linea ꝯponitur ex punctis eiusdem.n.rōnis est
⁊ magnitudinem ⁊ tempus ⁊ motum ex indiui
sibilibus ꝯponi ⁊ diuidi in indiuisibilia aut nihil
vt dꝛ ibidem tex.co.iiij. ¶ Et sic pōt tibi pate
re solutio ardue difficultatis an sit idē nunc in
toto tempore que fuit mota ab Arist. in.iiij.phy
sicoꝝ ⁊ soluta ibidem in tex.co.ciiij.dixit enim
qđ est idem nunc sm substantiam in toto tempo
re variatū tn̄ sm esse: patet enim qđ solutio illa

Nota de quadratura circuli.

Solo ardue difficl.

est sm mathematicam ꝯsiderationem vnde Co
mē. ibi in com.ciij.scribit Cā in hoc qđ instans
est tale est hoc qđ dicam iam enim prediximus
quod motus sequitur quantitatem in hoc quod
sit ꝯtinuus: qm̄ ꝯtinuatio ⁊ alia que hꝫ sm quod
est quantitas ꝯtinua sunt in eo ex mensura ⁊ silr.
ēt tempus sequitur motum. Et sm hunc moduꝫ
translatio sequitur translatum ⁊ tempus in/
stans: qm̄ instans agit tempus sicut translatum
translationē ⁊ punctus mensurā nā vt geometre
dicunt cū pūctus mouetꝛ facit mensuram. Ecce
quod vult instans agere tempus per sui fluxuꝫ
sicut punctus per sui fluxum causat mensuram
seu lineam omnia enim ista vera sunt ad imagi/
nationē sm quā possibile est imaginari aliquod
indiuisibile moueri ⁊ fluere. Cum tn̄ naturalis
ista habeat negare ⁊ ista est vera solutio illius
questionis quam Antonius andree ⁊ alij videre
non potuerunt in.iij.meth.q.vltima vnde cāerr
roris fuit qꝛ non viderunt istam perplexionem
ꝯtingere qꝛ iste sciētie plerūqꝫ miscentur vnde
non quelibet rō in phylosophia naturali est natu
ralis sicut in simili non quelibet rō in scientia di
uina est methaphysicalis vt clare patet exercita
tis in istis scientijs. ¶ Sed tunc est difficultas
Nam Comen. scribit in.ii.celi ⁊ mundi in com.
lix. quod demonstrationes naturales non sunt
innate poni in hac scientia.s.in naturali. ¶ Et
cōfirmatur hac auctoritate phylosophi in ꝑmo
posterioꝝ vbi expresse dicit in tex.com.xxii. Nō
ergo est ex alio genere transcendentem demon
strare vt geometram in arithmetricam. ¶ Ad
hoc respōdetur quod sunt alique cause que quo
dāmodo sunt naturales ⁊ quodāmodo sunt ma
thematice accidit enim causis mathematicis.s.
ꝓpinquis in mathesi vt sint cause prime pluriū
reꝝ naturalium sicut accidit scientiis subalter/
nantibus cum subalternatis sicut Arithmetri/
ca cum musica ⁊ geometria cum perspectiua ⁊
idem scribit in.iii.celi ⁊ mundi in com.vi.⁊ idē
sentit Auicē. in ꝑ sufficientie sue cap.viii. Nam
vt scribit phylosophus in principio primi de ce
lo ⁊ mundo Sciētia de natura fere plurima vꝫ
circa corpora ⁊ magnitudines ⁊ horuꝫ existens
passiones ⁊ motus ⁊.ii.physicoꝝ tex.com.xviii.
Eedem sunt linee mathematice ⁊ naturales. Et
ideo qn̄ aliqua cā mathematica accidit vt sit cā
alicuius ꝓprietatis naturalis in hoc casu lꝫ ma
thematico descēdere ad ꝓbandum illam in sciē
tia naturali qꝛ circa eadem versantur lꝫ alio ⁊
alio modo. Sed hoc non lꝫ semper facere. Naꝫ
vbi effectus naturalis hꝫ cām ꝓximam natura
lem per illam dꝫ demonstrari ⁊ non p cām ma/
thematicam que est remota qꝛ demonstrationes
naturales sunt ex causis naturalibus ⁊ sensibili
bus ⁊ in hoc Arist. dānat plerūqꝫ platoneꝫ ⁊ an
tiquos qui reddebant rōnes entium sensibiliuꝫ
ex causis intelligibilibus vnde Comen. ꝑ meth.
com.xxi. inquit ꝯtingit antiquis non dicere ser/
monem conuenientem in sensibilibus: qꝛ intro/
miserunt se dare causas reꝝ mobilium ex non
mobilibus ⁊ de Platone specialiter dixit in.iii.
celi ⁊ mundi

pulcra obiec.

Solo.

celi ⁊ mundi com.lxi.inquit ⁊ intendebat quod Plato non intendebat facere sermonem falsum sicut faciunt sophiste sed accidit ita quod fecit sicut illi pp amorem magistri ⁊ geometrie qꝛ in suo tempore magnificabatur geometria ⁊ credebant eam esse principium rerum sensibilium ⁊ ita bene vides quanta sit difficultas ⁊ perplexio aqua non nisi solers ingenium pôt euadere in qualibet scientia ⁊ deus sit dator auxilii.

propô li.

¶ Semper in vno genere est contrarietas vna.

Varie/ tas op/ pir.

Propositio est.Arist.in primo phyfice auscultatiõis in.tex.com.lvi ¶ Aduerte quod contrarietas qñqꝫ sumitur p̄prie ⁊ qñqꝫ sumitur large vt dicit.Auerr.in.p̄.physi.com.xli.tunc enim dicitur tam de contrario quam etiam de priuatione ⁊ isto modo sumitur ibi vt inquit ⁊ eadem ratione hic. ¶ Pôt autem proposita propositio veritatẽ habere de ꝯtrarietate ſm esse ⁊ non esse idest ſm priuationẽ ⁊ habitus nam in oĩ genere est priuatio ⁊ forma vnde.Com.in.com.illo inquit si prima ꝯtraria in vno quoqꝫ genere sunt opposita ſm esse ⁊ non eẽ tunc opposita in substantia ſm esse ⁊ nõ esse sunt cause alioꝝ oppositoꝝ existentiũ in alijs predicamentis ⁊ illa debent esse prima contraria ⁊ in hoc sensu sine dubio intelligitur propositio.Arist.ibi qꝛ intentio eius est venari principia generationis in vniuersali siue sit in substantia siue sit in accidentibus vt pꝫ in.tex.com.lvij. ¶ Potest ẽt alio modo glosari quod in oĩ gñe est contrarietas differentiaꝝ nam differentie diuidentes genus sunt opposite ⁊ sunt simul natura vt inquit.Arist.in predicamentis in.cap.de simul nullo aũt modo oppositionis possunt opponi quã ſm ꝯtrarietatẽ Nõ enim opponũtur ſm affirmationem ⁊ negationem qꝛ negatio nullius speciei est constitutiua Nec ſm priuationẽ ⁊ habitũ ppea qꝛ priuatio nullius habitus est constitutiua Nec relatiue qꝛ in predicamentis absolutis relatio non potest esse differentia ꝯstitutiua speciei absolute qꝛ isti conceptus sunt diuersi ⁊ ideo a sufficienti partiũ enumeratione opꝫ istuꝫ modũ oppositionis reducere ad contrarietatẽ. ¶ Animaduerte tamen quod licet differentie diuisiue eiusdem generis sint contrarie tñ non oportet dicere species constitutas per illas differentias esse contrarias nam tam etsi rationale ⁊ irrationale sunt differẽtie cõtrarie tñ homo ⁊ asinus non sunt species contrarie. ¶ Et rõ sicut mihi datur cernere est ista qꝛ differentie sunt partes specieꝝ nam species ꝯponitur ex forma vniuersali que est genus ⁊ ex forma propria que est differentia vt dicit.Comen.in.ij.physi.com.xxviij ⁊ ẽt.p̄.physi.com.v.contrarietas aũt inuẽta in parte non infert de necessitate contrarietatẽ in toto naꝫ est in promptu instantia.in p̄mo celi ⁊ mũdi in.tex.comẽ.xxix.qȝ motus in duobus semicirculis licet sint ꝯtrarij non tñ motus in circulis completis sunt contrarij. ¶ Sꝫ tũc est difficultas nam si in omni gñe est contrarietas tunc in substantia erit contrarietas quod tñ negat.Arist.in predicamentis ⁊ in.v.physi.I.te.com.x.vbi negat in substantia esse motum qꝛ in substantia non est contrarietas.

obiec. pulcra

¶ Aduertens aũt.Alex.ad hoc isto modo talẽ contradictionẽ sedare conatus est vt scribit.Com ibi in.co.x.v.physi.nam in predicamentis dum dixit substantiam non cõtrariari substantie intellexit de substantia composita ex materia ⁊ forma:sed dũ dixit hic in omni gñe esse contrarietatem ⁊ similr dum dixit in secũdo de generatione ⁊ corruptione tex.com.xxij quod igni contraria est aqua terre aũt aer quod ibi loquitur de substãtia simplici scilicet de forma qꝛ forma ignis contrariatur forme aque ⁊ forma aeris contrariatur forme terre:quia suspicatus est vt sibi imponit.Comen.ibi quod qualitates proprie in elemẽtis essent forme substantiales elementoꝝ vt calor respectu ignis ⁊ frigus respectu aque.

Oppo. Alex.

Imp.

¶ Sꝫ ista opinio stare non potest qꝛ in hijs que vniuoce dicunt qȝ vni est accidens alteri non pôt eẽ substantia aut econuerso nunc aũt caliditas ⁊ vniuersaliter qualitates prime inuente in elementis ⁊ in mixtis corporibus sunt vnius ⁊ eiusdẽ rationis vniuoce qꝛ recius index de qualitatibus tangibilibus est sensus tactus vt dicitur in secũdo de anima tactus aũt vniformiter immutatur a calore ignis ⁊ a calore mixti sine aliquo discrimine sequitur ergo qȝ si caliditas in mixto est qualitas qȝ in igne nõ est substantia. ¶ Amplius si calor in igne sit substãtia tũc corpus mixtũ calidũ cum componatur ex substantia ⁊ qualitate tale igitur compositum haberet ignis diffinitionem presertim cum sit eiusdem rationis vniuoce calor ignis ⁊ calor mixti vnde si in igne esset substantia ⁊ in mixto qualitas tunc diceretur equiuoce sicut hoc nomẽ ens dicitur de substantia ⁊ accidente vt inquit.Com.in.vij.metha.com.v.quod ideo suspicor dictum esse qꝛ in hijs que equiuoce dicuntur non inconueniens vt id qȝ vni est substantia alteri sit qualitas sicut sciẽtia in nobis est qualitas vt patet per.Arist.in predicamentis ⁊ in vij physi.in.tex.com.xx.vbi demostrat quod in parte intellectiua anime non est alteratio ⁊ tamen scientia in deo est substantia qꝛ in abstractis amateria penitus non est aliquod accidens vt testatur.Come.xij.metha.co.xxv.⁊ in ipsis idẽ est intelligens ⁊ intellectũ ⁊ intellectio ⁊ precipue hoc veritatem habet de primo intellectu vbi ista omnibus modis simpliciter sunt eadem vt patet.xij.metha.com.li scientia autem equiuoce dicitur de scientia dei ⁊ de scientia nostra quia scientia dei est causa entiũ ⁊ scientia nostra est causata ab entibus vt dicit Auerr.in.xij.prime phie.co.li.⁊ in libro destructionũ in disputatione tertia in solutione.xviij.dubij ⁊ in disputatione.vi in solutione.ij dubij.⁊.v. ¶ Quod autem mouit.Alex.vel mouere potuit vltra rationem adductam fuit hoc qꝛ

Motiuũ alexandri

illud ad cuius ablationem aufertur substantia rei
est substantia sed ad ablationē caliditatis ab igne
sequitur ablatio ignis igitur caliditas in igne est
substantia. ¶ Soluit. Com. in. viii. metha. com.
v. hoc limitando isto modo quod illud ad cuius
ablationē primo ⁊ per se aufertur substantia il-
lud est substantia vnde inquit ⁊ ignis aufertur
per ablationem caloris: sed non aufertur primo
neqꝫ per se. sed mediante ablatione forme ignis
sicutqꝫ aufertur: risibilitas aufertur hō sed non
primo. sed mediante ablatione rationabilitatis

obiec. ꝯ Aue.

¶ Sꝫ ista solutio. Auer. videtur imaginari id
quod primo corrumpitur esse formaꝫ ignis abla
to calore ⁊ ad ablationem forme aufertur substā-
tia composita totius ignis sed hic est duplex er
ror sicut videtur tuꝫ quia quod per se primo cor
rumpitur est compositū sicut ēt quod p se ꝓ ge-
neratur est compositū nam forma non generatᷣ
neqꝫ corrumpitur per se sed per accidens vt pa-
tet. vii. metha. tex. com. xxvi. ⁊. xxxi. vnde. Auer.
xii. diuinoꝝ. comē. xviii. scribit imaginatio supēr
creationes formaꝝ induxit homines dicere for-
mas esse ⁊ datorē esse formaꝝ Tuꝫ etiam qꝛ ar
gumentum adhuc stat qꝛ si ad ablationem calo-
ris auferᷣ forma ignis sed per vos forma ignis
est substantia igitur adhuc argumentū Alexan.
videtur stare. ¶ Nisi esset quod pro tanto dixit

Solo. prima

illud Auerr. vt innueret ablationem qualitatū ⁊
accidentium non esse primam causaꝫ ablationis
substantiaꝝ per viam prime intentionis qꝛ acci
dentia sunt pp substantiā principalr̄ sicut imper
fectum ⁊ deterius rei perfectioris ⁊ nobilioris
gratia est vt dicit. Arist. in. vii. politice vnde abla
tio qualitatū ⁊ proprietatū inseparabiliter inse-
quentiū substantiam est sicut causa sine qua nō
aut per accidens ablationis substantiarū nō pri
ma cā nā non potest saluari forma ignis in ma-
teria sine caliditate non qꝛ caliditas sit igneitas
sed qꝛ est dispositio eius ⁊ isto modo credo dictū

secūda

Auerr. debere intelligi. ¶ Aut aliter dici pōt
quod. Auer. loquitur de ablatione que est ꝯm in
tellectū sicut intelligitur in diffinitione prioris
ꝯm naturam in qua dicitur priora ꝯm naturam
sunt quecūqꝫ possunt esse sine aliis ⁊ alia non si
ne ipsis sicut supra dictū fuit in limitatione illius
propositionis ⁊ sic dicimus quod ablata per in-
tellectū forma ignis primo ⁊ per se auferᷣ ignis
sed ablata caliditate non aufertur ignis nisi per
viam signi pro quanto talis ablatio arguit abla
tā fuisse formā ad quam ꝯcomitabatur tāqꝫ na-
turalis ⁊ inseparabilis proprietas ⁊ sic intelligi
tur dictū porphirii in communitatibus dum dixit
quod ꝓpria interempta interimūt ea quoꝝ sunt
propria ⁊ hiis interemptis ipsa simul interimun
tur nam vt inquit ibi boetius species ⁊ propria
cum sunt equalia alterna se vice consumūt nam
si non sit risibile homo non erit ⁊ si homo non sit
risibile non manebit tamen prima est p viam si
gni ⁊ secūda est per viam cause ⁊ sic vbi ad ab-
lationem alicuius sequitur per viam cause ab-
latio substantie illud est substantia sed fallit si
fuerit per viam signi. ¶ Ad aliud autem mo

tiuum. Alexandri dicendum quod. Aristo. in se-
cūdo de generatione ⁊ corruptione in. tex. com.
xlix. inquit terra quidem aeri igni vero aqua cō
traria est vt contigit substantiam substantie con
trariam esse quod pro tanto dixit qꝛ substantia
ꝯm suum esse substantiale non contrariatur alte
ri substantie sed merito suarū qualitatū. ¶ Sꝫ
contra obiicit. Alexan. nam. Arist. in eodeꝫ secū

repli. ꝯ capitra Com.

do de generatione in. tex com. xxiiii. inquit ele-
menta autem omnia habent contrarietatem ad
inuicem quia differentie contrarie sunt manife-
ste autem patet quod per differentias non pōt
intelligere nisi illas que ponuntur in diffinitioni-
bus elementoꝝ cum itaqꝫ caliditas ponatᷣ in dif
finitione ignis ⁊ frigiditas in diffinitione aque
sequitur manifeste quod sunt substantie qꝛ sub-
stantia non diffinitur per accidentia. ¶ Ad hoc
autem respondet. Comen. in. v. physi. com. x. ali-
ter glosando predictam auctoritatem dicens ⁊
opinandum est quod substantie simplices sunt
contrarie ꝯm qualitates suas ⁊ proprie qualita
tes in eis non sunt substantie ⁊ si assimulentᷣ sub-
stantiis quoniam impossibile est vt aliquid in alī
quo sit de aliquo predicamētoꝝ in alio sit de aliis
ita quod calor in homine sit de qualitate ⁊ i igne
de substantia sed est in igne propinquius substā-
tie ⁊ ideo accipitur in diffinitione loco differen-
tie ⁊ in aliis compositis est remotius a substan-
tia vbi aduerte quod quando differentie sub-
stantiales rerū sunt nobis ignote tunc in diffini-
tionibus rerū circūloquutiue ponere possumus
qualitates ⁊ accidentia propria sicut testatur.
Auerr in. vi. metha. com. l. ⁊ in. vii. metha. com.
xli. ⁊. Auic. in. v. sue metha. inquit quod difficul-
tas percipiendi differētias rerum ⁊ paucitas no
minū aut hoc aut illud facit declinare nos a prin-
cipali ad comitans. ¶ Sed est dubiū pp quid.
Comen. dixit quod in elementis huiusmodi qua
litates sunt propinquiores substantie quā in cō
positis. ¶ Nisi esset qꝛ vt scribit. Comen. in. iiii.
celi ⁊ mūdi in. com. xl. quanto aliqua forma ma
gis fuerit diminuti esse tanto dignius est vt
diffiniatur per accidentia ⁊ quanto fuerit forma
perfectioris esse tanto dignius magis accidētia
diffiniri per ipsam ⁊ elementa sunt forme imper
fectissime pp maximā propinquitatem quā hūt
ad primam materiam ideo in elementis sunt ꝓ
pinquiores substantiis huiusmodi qualitates:
Accedit ēt quod tales qualitates videntᷣ eē ac
cidentia propria inseparabiliter concomitantia
tales formas vnde. Auerr. inquit in. viii. metha.
com. v. in calce. com. ⁊ scire debes quod actio for
me ignis que sequitur formā ignis est calor ma-
ximus ⁊ motus ad superius ⁊ calor in igne est si
cut abscisio in acumine gladii nō sicut ablatio
in ablato hoc est dictu quod sicut abscissio est ac
cidens inseparabile ab acumine gladii sic est
de calore respectu ignis ⁊ non est sicut ablatio
in ablato hoc est nō est eius differentia substātia
lis ad cuius ablationem primo ⁊ per se aufera-
tur eius substantia sicut ad ablationem differen
tie substantialis primo ⁊ immediate aufertur spe-

cies constituta

cies constituta per ipsam sic igitur dicimus elementa esse ꝯtraria ratione suarū qualitatum vt qꝛ caliditas contrariatur frigiditati sic ignis ratione qua calidus contrarius est aque rōne qua est frigida & ideo. Arist. dixit igni ꝯtrariam esse aquam vt contingit substantiā substātie esse cōtrariam. ¶ Sed dices quoꝝ propria sunt ꝯtraria ipsa sunt contraria sed proprietates elementales sunt contrarie ergo elementa ipsa sunt cōtraria: ¶ Amplius. Comen. in. ꝑ. capite de substantia orbis dicit quod forme elementales sunt contrarie & ideo passiua quodāmodo dicuntur contraria & quodāmodo dicuntur esse similia. ¶ Amplius in. ꝑ. phyſi. com. lij. expresse dicit & similiter et nihil prohibet vt substantie sint contrarie ſm formas: non contrarie ſm subiectū & sic dicere quod substantia non est contraria substantie ſm subiectū est veꝝ & quod substantia est contraria substantie ſm formam est verū etiam & hoc adiuuat. Alexā. dum dixit quod in substātiis simplicibus pōt esse contrarietas nō in cōpositis & Alexan. intelligit hoc quod. Aristo. dicit in predicamētis quia dicit quod propriū est substantie non habere contrarius de substantijs compositis non de simplicibus. Arist. enim dicit in libro de generatione & corruptione qđ corpora simplicia sunt contraria. ¶ Amplius in sua expositione super. iiij. metheoroꝝ inquit qđ hec quatuor sunt elementa per virtutes actiuas & passiuas & per ꝯñs vult quod qualitates actiue & passiue sint cause formales elementoꝝ. ¶ Ad primum istoꝝ. Comen. dereliquit solutionē sub dubio in. v. physi. com. x. inquit enim vtrum aūt illa quoꝝ propria sunt contraria necessario sunt contraria aut diuersa considerandū est sed non hic quod pro tanto dixit qꝛ ista speculatio pertinet ad diuinū nam vt scribit philosophus l. iiij. prime philosophie in. tex. com. v. philosophi est de oībus posse speculari nam si non philosophi quis erit qui inuestigabit si idem socrates sedēs aut si vni vnum ꝯtrarium aut quid est contrariū aut quoties dicitur & infra in. tex. com. v. ibidem habet Et ideo nō est geometre speculari qd cōtrarium aut perfectū aut vnum aut ens aut idē aut diuersum nisi ex suppositione. ¶ Dicimus nos tamen qđ illa quoꝝ propria sunt contraria non oportet illa semꝑ proprie & formaliter loquēdo contraria esse nam in simili licet genus semper diuidatur per contrarias differentias non tamen semper diuiditur in contrarias spēs licet illud possit qñqꝫ cōtingere dicimus enim quod animal diuiditur ꝑ rationale & irrationale tāqꝫ per differentias contrarias & tamē homo & asinus que sunt species non sunt contraria Ex aduerso aūt color diuiditur per congregatiuum & per disgregatiuū visus tāqꝫ per ꝯtrarias differentias & species constitute per illas sunt contrarie videlicet albedo & nigredo & sic debes tenere in simili vnde stat qđ proprietates contrarie proueniant qñqꝫ a contrarijs causis formalr vt rarefacere & ꝯdēsare que sunt ꝓprietates cōtrarie proueniūt a calore & frigore que sunt cause formaliter contrarie sic enim contrarietatum effectuū sunt contrarie cause: stat ēt qñqꝫ propria esse contraria licet subiecta non sint proprie cōtraria sed rectius dicūtur diuersa aut differētia vt in casu nostro nam substantia ignis dr differens aut diuersa a substantia aque & non contraria & hoc tene. ¶ Et ideo sanctus. Thomas cū supportatione in hoc non bñ reprehendit Auer. in quinto physicoꝝ in lectione. iij. super expositione. tex. com. x. nam postqꝫ. Auerr. ibi contra. Alexā. declarauerat quomodo elemēta sint cōtraria ſm qualitates actiuas & passiuas subdit quod hec responsio difficultatē patitur manifestū enim quod proprie passiones causant a principijs subiecti si igitur proprie passiones ignis & aque sunt contrarie cū contrarioꝝ sint contrarie cause videtur quod forme substantiales sint contrarie. ¶ Item in. x. metha probatur quod oē genus diuiditur per contrarias differentias differentie aūt sumuntur a formis vt in. viij. eiusdem dicitur videtur ergo qđ sit contrarietas in formis substantialibus. ¶ Et iō relicta rñsione Auerroys. ipse aliter soluit dicens quod contrarietas differentiarū que est in oībus generibus attenditur ſm comunē radicē ꝯtrarietatis que quidem est excellentia & defectus ad quam oppositionem omnia alia contraria reducūtur oēs enim differentie diuidentes aliqđ genus hoc modo se habent quod vna eaꝝ est vt habundās & alia vt deficiens respectu alterius vnde. Arist. dicit in. viij. metha. tex. com. x. quod diffinitiōes reꝝ sunt sicut numeri. quoꝝ species variantur per addictionē & subtractionē vnitatis non aūt oportet quod in quolibet genere repperiatur cōtrarietas ſm propriam rationem huius & illius speciei: sed solū ſm comunem rationem excellētie & defectus: qꝛ enim contraria sunt que maxime distant oportet quod in quocūqꝫ genere inuenitur contrarietas quod inueniantur duo termini maxime distātes inter quos cadūt omnia illa que sunt illius generis & paulo post concludit quod forme diuersarū specierū sunt ad inuicem differentes ſm excellentiam & defectū in quātū vna forma est nobilior alia & ꝑꝑ hoc ex diuersis formis possunt causari diuerse passiones vt supra obiectū est tamē vna forma speciei ſm propriam suam rationem non habet contrarietatem ad aliā hec ille. ¶ Sꝫ videtur mihi diuus Thomas qđ in reprehendēdo non careat reprehensione nam argumentum factū per ipsum cōtra. Auerr. stat & procedit eque bene contra ipm nam proprie qualitates contrarie causantur ex principijs subiecti & contrarioꝝ sunt contrarie cause Tu dicis quod qꝛ vna forma ſm comunē rationem contrarietatis inuentam in quolibet genere vna est habundans & alia deficiens & sic ex diuersis formis causantur diuerse passiones hoc quidem verū est sed non est ad propositum qꝛ licet ex diuersis formis oriātur diuerse passiones non tamen semper ex diuersis formis oriuntur passiones contrarie sicut est in casu argumenti. ¶ Et confirmatur qꝛ homo & asinus ha

Obiectiones ꝯpredicta.

Solo.

O po D ui Tho.

Istātia ꝯ solo nē diui Tho.

bẽt hmõi diuersitatẽ ꝯm excellentiã ⁊ defectũ ꝯ: vniuersaliter omnes species qꝛ sunt sicut nume ri non tamẽ proprietates omnium specierum sunt contrarie argumentũ aũt hoc contendit proba re quod quoꝝ propria sunt contraria ipsa sunt contraria qꝛ contrarioꝝ sunt cõtrarie cause aut igitur impugnatio sua contra. Auerr non proce dit aut ipse patitur in sua decisione consimiles angustias. ¶ Et ideo dicimus nos pro. Auerr.

Opio. ppria

⁊ pro ipso quod subiectũ respectu proprie passio nis ⁊ subiecti principia non sunt cause acciden tiũ ꝓprioꝝ nisi in gñe cause materialis sicut te/ statur expresse. Auer. l. iiij. metha. in com. ij. vbi inquit quod substantia est causa omnium acci/ dentiũ non ꝯm agens neqꝫ ꝯm finem sed qꝛ cõ/ stituuntur per illã ⁊ qꝛ est subiectũ eoꝝ ⁊. Arist. in primo physice auscultatiõis in. tex. com. lxxx. inquit subiecta quidẽ materia cum forma causa est omniũ eoꝝ que fiunt sicut mater manifestuꝫ est aũt quod eadem est materia contrarioꝝ ⁊ ca lidi ⁊ frigidi ⁊ aliaꝝ physicaꝝ contrarietatũ vt dicit expresse. Arist. l. iiij physice auscultatiõis in tex. com. lxxxiiij. ⁊ in primo de generatiõe ⁊ cor ruptione in. tex co. l. vbi decidit questionem ⁊ controuersiã antiquoꝝ de actiõe ⁊ passione vtrũ fiat merito similitudinis an fiat merito contra/ rietatis vñ. Co. ibi in. co. inqt qꝺ cã receptiõis ẽ commune genus eis. s. genus subiectũ ⁊ cã actio nis est contrarietas vnde mirũ est de beato do/ ctore cum ipse teneat subiectuꝫ non concurrere vt efficiens sed solũ vt materia respectu proprie

Nota.

passiõis quomodo deuenerit ad hoc. ¶ Et ista est vna de limitationibus quã addes superius in illa propositione dicente qꝺ contrarioꝝ sunt con trarie cause fallit enim in causis materialibus sed vera est in causis agentibus vt plurimum. ¶ Aut supplenda est contrarioꝝ sunt cõtrarie cause aut diuerse ⁊ in hac solutione concordare habet. Auer ⁊ Thomas si bene ꝯsideras. ¶ Si militer cause agentes contraria sunt ꝯtrarie vel formalr vel virtualr. ¶ Ad aliam auctoritatẽ Comen. in libro de substantia orbis dico qꝺ for/ me elementales sunt ꝯtrarie merito suaꝝ quali tatũ per quas agũt ad inuicem ⁊ patiũtur ⁊ se ipsas corrumpunt nam vt dicit phylosophus in libro de sensu ⁊ sensato ignis non agit inquantũ ignis sed inquantuꝫ calidus ⁊ ratio est qꝛ actio vt dꝫ in primo de generatione ⁊ corruptione in tex. com. xliij. ⁊. l. est merito contrarietatis ignis aũt ratione qua ignis non hꝫ contrariũ sed ra/ tione qua calidus: vnde. Com. in hoc sensu loqui tur ibi in primo capite de substantia orbis inqt enim ideo impossibile est hoc subiectũ recipere duas eaꝝ in eodẽ subiecto existente terminate: quãtitatis: ideo impossibile est a subiecto denu dari formã ⁊ subiectũ denudari a forma nisi per forme destructionẽ: neqꝫ etiam est possibile ipsaꝫ fieri in subiecto nisi per agens extrahens illam de potentia ad actũ vnde necesse est has formas esse contrarias adeo qꝺ altera corrũperet suam contrariam ⁊ subiectũ reciperet formam similẽ vnde forme elementoꝝ sunt contrarie vbi patet quod non ponit illas esse contrarias nisi inquan tum sunt ad inuicem corruptiue ⁊ hoc non hñt nisi inquantum sunt cõiuncte qualitatibus ꝯtra rijs ⁊ ista est expositio eius. v. physico. comen. x. ¶ Ad aliam auctoritatẽ eius in ꝑ physi. co. lij. dico quod ibi loquitur ꝯm mẽtem. Alex. vt ostẽ dit series ⁊ contextus verboꝝ eius ⁊ non loqui/ tur ꝯm mentẽ propriam sicut fecit in. v. physico. com. x. ⁊ in. viij. metha. in. com. v. vbi de compo sito destruit opinionem. Alex. ¶ Aut si vis te/ nere quod loquitur ex mente propria glosa vt su pra quod forme elementales sunt contrarie ꝯm qualitates ¶ Vel dic iuxta opinionẽ diui Tho me qꝺ sunt contrarie ꝯm communẽ rationem cõ/ trarietatis inuentam in quolibet genere ꝯm ex cellentiam ⁊ defectũ inquantũ vna est essentiali ter nobilior altera sed non sunt contrarie ꝯm pro priam rationẽ specificam Tamen ista solutio ha bet instantiam qꝛ manifestũ est quod ista contra rietas ꝯm perfectũ ⁊ imperfectũ insequitur vlti/ mas ⁊ specificas differentias ⁊ non videtur ori/ ri ex cõi ratione generis qꝛ enim vna differen/ tia vltima cõstitutiua vnius spẽi est nobilior alia ideo vna species est nobilior reliqua ꝯm propriã rationem qꝛ species rerum sunt sicut numeri vt dicit. Arist. in. viij. metha. in. tex. com. x. ¶ Vbi

Nota

animaduerte qꝺ ꝯtrarietas que est in vno quoqꝫ genere vt dicit. Arist. que est ꝯm esse ⁊ non esse idest ꝯm priuationem ⁊ habitũ inquantũ differẽ tie condiuidentes genus sunt imparea in perfe ctione non est illa penes quã habeat versari mo tus nam tunc cum in omni predicamẽto sint pri cipia quoꝝ vnum est vt habituꝫ ⁊ reliquũ vt pri/ uatio qꝛ actus ⁊ potentia sunt principia prima in vnoquoqꝫ predicamento sequeretur isto mo/ do motuꝫ posse reperiri in quolibet predicamen to: sed est contrarietas physice in qua sunt con/ traria ⁊ media ⁊ talia sunt que habent fieri in eodem subiecto vel propinquo vel remoto nam calor contrariatur frigiditati que tamen nõ est apta nata esse in igne sed in materia ignis ⁊ re quiritur etiam quod talia mutuo se expellãt cir ca idem subiectuꝫ ⁊ vt inquit magnus. Alber/

Mag. Albe.

tus super. v. physi. in expositione. tex com. x. ad veram contrarietatẽ requisitam ad motum re quirũtur quatuor conditiones quas vide si pla/ cet. ¶ Et aduerte vnum aliud qꝺ contrarietas equiuoce reperitur in loco ⁊ in qualitate vt di/

Contraria in loco ⁊ qualitate equiuoca.

cit. Com. in. iiij. celi ⁊ mundi in. com. xxxviij. in quit enim contraria que sunt in alijs predicamẽ tis sunt duo in forma ⁊ non duo in subiecto sed duo loca contraria debẽt esse cõtraria in formis ⁊ locis ⁊ ideo cõtraria que sunt in loco sunt duo in forma ⁊ duo in subiecto e contrario in contra rijs que sunt duo in forma ⁊ vnum in subiecto: ⁊ equiuocatio est illa que vt plurimũ decipit sa pientes vnde multa similia inuenies de conti/ nuitate de medijs sicut de contrarietate que ꝯm aliam rationẽ attribuuntur motui locali ⁊ alijs motibus qui sunt in alijs predicamentis si bene consideras. ¶ Ad vltimũ respõdetur qꝺ de ra tione elementi est quod ex eo fiat aliquid vt in

existente ex

existente ex elementis autem aliquid fieri non potest nisi invicem agant et patiantur et qui ut supradictum fuit elementa invicem activa et passiva nõ sunt nisi inquantũ sunt informata qualitatibus contrarijs sic dixit. Auer. qꝺ ista quatuor corpora non sunt elementa nisi per has virtutes activas et passivas et ista est intentio. Arist. l. ij. de generatione et corruptione in. tex. com. vij. et. viii. si bene ꝯsiderentur verba eius et forte hoc voluit dicere. Alex. pro hoc tñ vide que scripserim in concordantiis. Auer. iiij. celi sup. com. xl. ¶ Sic igitur patet quomodo in unoquoqꝫ gñe est una contrarietas vꝫ ꝯm privationẽ et habitũ vel ꝯm ꝯtrarias dr̃as ꝯdividẽtes illud genus.

xx. lij. ¶ Subiectuz in scientia debet esse notissimum.

Damosa Est propositio et logicalis et colligitur ex intentione phylosophi in primo posteriorũ in cap. de precognitionibus ubi dr̃ qꝺ de subiecto oportet p̃cognoscere qd et qr. ¶ Dicit aũt subtilis doctor l p̃ sue meth. q. i. et Antonius andree qꝺ subiectum in sc̃ia est notissimum quo ad nãz quia non põt demostrari a priori sed nihil prohibet quin subiectũ possit demostrari in scientia a posteriori unde demostrari põt demostratione qr et hoc probant et prima ratio est. Antonij. Andree inquit enim ois scientia utitur vel potest uti demostratione qr ergo probat vel potest probare suũ subiectũ esse maior est evidens qr sicut p cãm ꝓbatur effectus pp quid ita e ꝯuerso p effectũ demostraſ cã qr ꝯsequẽtia oñditur sic qꝺ scilicet ois sc̃ia p effectũ demr̃oe qr demostrat suũ subiectũ esse qr p effectũ demostratur aliqd de causa scilicet esse ex hoc enim quod effectus non potest esse sine tali conditione in causa effectus non põt esse sine esse cause ergo si effectus est causa est. ¶ Confirmant ẽt hoc inductive quod aliqua scientia potest demostrare suũ subiectum esse et hoc a posteriori sicut in libro elẽcoꝝ demostratur silogismũ sophysticũ esse per simile sicut patet ibi. ¶ Similiter. Priscianus in libro constructionũ ostendit orationem constructam esse p̃ similem modum se habẽdi litteraꝝ ad sillabas et sillabarum ad dictiones et dictionũ ad orationes. ¶ Similiter etiam arguit aliq de. Auic. q in. vi. naturaliũ ex operatiõibus anime demostravit animam esse cuꝫ tamen anima sit illius libri subiectũ. ¶ Amplius. Arist. in ꝓlogo primi posterioꝝ demostrat scire esse ꝯm communem modum latinoꝝ exponentium illũ prologũ tñ scire est subiectũ logice ut dicit. Comen. in iij. celi et mũdi in. com. iiij ¶ Ad oppositum est sententia. Auer. in. p̃. phys. com. ultimo et in. ij. phys. in. com. xxvi. expresse dicit quod impossibile est aliquam scientiã neqꝫ universalẽ neqꝫ particularẽ demostrare suũ subiectũ esse sive p signum sive per demostrationem quod non est ita in causis sui subiecti quoniam declarat eas per signũ non per demostrationem simpliciter ¶ Ubi animadvertere debes quod propositiones circa quas versatur una queqꝫ scientia sunt in triplici differentia. ¶ Quedam sunt notissime ita quod ex sola noticia terminorum evidẽtiã habent sicut prima principia ut de quolibet dicitur esse vel non esse et omne totũ est maius sua parte. ¶ Quedam sunt prorsus ignote sicut sunt questiones et dubitabiles propositiões q̃ non nisi sillogismo cathegorico sive dialectico sive demostrativo ostendi p̃nt et ꝓbari. ¶ Quedam vero sunt medio modo se habentes qr nõ sunt eque note sicut prima principia que ex solo terminoꝝ noticia evidentia sunt nec eque dubia ut sunt questiones sed sunt indigẽtes aliqua invitione sicut est sillogismus hypoteticus per naturam et sicut est inductio et divisio et sicut est exemplũ aut entimema et sicut est communis hominum consensus unde. Auer. dicit in. iiii. celi et mũdi in. com. xxii. quod alia est latentia que indiget sillogismo et alia est latentia que indiget inductione non enim oẽs propositiones in scientiis sunt eque note nec omnes sunt eque ignote nãꝫ Arist. in p̃. posterioꝝ dicit quod demostrationes que procedunt ex propositiõibus magis propinquis primis principiis sunt certiores illis demostrationibus que procedunt ex propositionibus magis remotis et. iiii. metha. tex. com xviii. redditur ratio huius qr illud est verius quod est primo vero ꝓpinquius et illud est notius quod primo notissimo est propinquius eadem ratione un de. Auerr. v. metha. et est etiam sententia. Arist. ibidem tex. comen. iiii. prime demonstrationes que componũtur ex primis propositiõibus sunt elementa omnium demostrationum que cõponuntur ex eis demostrationes enim composite dissolvũtur in demostrationes simplices iste aũt non dissolvũtur in alias. ¶ Et adverte qꝺ apud peripatheticos aliud est via doctrine et aliud est maneries disciplinc ut colligitur ex intentione. Comen. in suo prologo super p̃. physic. ¶ Via doctrine sunt tria genera demostrationum scilicet demostratio signi seu quia et demostratio pp quid seu demostratio cause tantum qꝺ idem est et demostratio simplr̃ seu demostratio dans causam et esse qꝺ idem. ¶ Demostratio aũt signi seu qr fit tribus modis. ¶ Primo quando esse cause demostratur per esse effectus ubi esse effectus fuerit notum et esse cause latuerit ut si per eclipsim demostro terre interpositionẽ. ¶ Secundo modo qñ esse effectus ignotũ fuerit et p aliquod signũ demostrem illud esse ut si ex hoc qꝺ est umbrã non facere demostrem lunam esse eclipsatam ut dicit. Aristo. in. p̃. posterioꝝ vel ex hoc quod habet mulier lac in mamillis demostrem ipsam peperisse et huiusmodi probationibus multociens utunſ medici qui sunt artifices magis circa sensata versantes quã philosophus naturalis unde. Galenus in tertio pronosticoꝝ

Epĩo. Scoti et Antonij. Andree l p̃ met. q. i.

Epĩo. Auer.

P̃pões l tripliciora

Via doctrine maneries discipline

Demr̃o signi.

Gale.

¶ Forte dices quod potētia & actus que sunt in oī predicamento nō sunt potentia realis & actus sicut positiuū & positiuū sed sicut positiuū & priuatiuū sicut dixit Henricus de gandauo & Scotus post ipsum in octaua distinctione primi questione secunda vbi agitur de simplicitate dei quia tenent omnem creaturam esse compositam illo modo sicut ex priuatiuo & positiuo.

Oplo ꝯ Henr. de gā. & scoti.

¶ Sed contra qr quequid sit de intelligentiis circa hoc de mente Comentatoris de quo alias diffuse dixi in. iii. de anima tamen loquendo de potentia & actu que sunt principia omnium predicamentorum talis potentia & actus sunt principia realia vnde. xii. meth. com. xxvi. inquit Auerroes potentia reducitur ad materiam & actus reducitur ad formam.

Impu

¶ Et confirmatur quia principia componentia aliquid reale intrinsece sunt realia sed potentia & actus sunt huiusmodi respectu omnium que per se & directe ponuntur in predicamento.

¶ Et confirmatur quia diuisio entis per potentiam & actum est diuisio entis extra animam & ex consequenti iste sunt differentie que competunt enti in esse reali sed si potentia sumeretur pro priuatione sic formaliter illa non dicit aliquid reale sed mere ens rationis vnde Auerroes primo physicorum comen. lxxix. inquit priuatio non est accidens nedum vt sit substantia assumptum autē ostenditur nam Aristoteles sexto methaphisice abicit a consideratione scientie diuine ens per accidens & ens in anima quia ens per accidens non habet causas terminatas & ideo de eo non potest haberi scientia. Et ens in anima est ens diminutum & ideo ens secundum se & extra animam est illud quod diuiditur triplici diuisione prima est in substantiam & accidens. Secunda est per potentiam & actum. Tertia est per vnum & multa & per consequens potentia que cū actu diuidit ens non est pura priuatio licet in tali potentia concomitetur priuatio nam dicere aliqd esse in potentia est dicere aliquem modum priuationis. Tamen vt scribit Comentator primo physicorum comen. lxxix. ens in potentia est cui accidit priuatio non tamē est in substantia eius.

¶ Sed dices pariformiter erit de vno qd erit differentia realis & ita vnum dicit aliquid positiuum

Obie.

¶ Ad hoc Auicenna & Scotus totum concedunt tamen apud Auerroem secus est nā iiii. meth. comen. iii. & decimo methaphysice comento octauo vnum non dicit nisi indiuisionē in entitate vnde vt alias dixi plures sunt diuisiones entis prime. Sed quelibet est prima in suo genere diuisio enim entis in substantiam & accidens est prima que datur per quiditates diuisio per potentiam & actum est prima inter eas que dantur per relatiue opposita sed diuisio ꝑ vnum & multa est prima inter eas que dantur ꝑ priuatiue opposita vnde Aristoteles quarto methaphysice tex. com. iii. Fere autem omnia reducuntur contraria in principium speculata autem sunt a nobis in egloga contrariorum quia decimo methaphysice tex. comen. xv. Fuit declaratum quod omnia contraria reducuntur ad priuatiue opposita talia enim sunt principia cuiuslibet cōtrarietatis & ideo secus est de diuisione que datur per priuationem & habitum. Secus autem de illa que datur per relationes reales vnde sic intelligitur dictum Auerroys primo de anima comento sexto. Actus & potentia sunt differentie entis valde opposite & circuunt omne genus predicamenti. Unde bene teneo cum Henrico de gandauo & Joāne scoto qd in aliis intelligētiis citra primā q est deus in quo nulla prorsus est potētia. Et citra vltimā que est aīa intellectiua in qua in via Auer. pono realē ꝯpositionē ex intellectu possibili & agēte tamēꝫ ex duabus partibus essentialibus qcqd dicāt illi q ponūt intellm agentē esse deū qd tales sunt ꝯposite ex potētia & actu tamēꝫ ex priuatione & habitu Nā talis potētia est logica que causat ex habitudine terminorum inquātū illi termini nō repugnāt & a tali potētia dr possibile illud qd fm se pt esse verū vel nō pōt eē verū sicut dicimus qd possibile est Talpā inquātū aīal videre & sic quelibet intelligētia citra primā inquātū ens pōt esse perfectior quā sit sꝫ talis potētia nihil reale ponit in eis cū nihil sit possibile in eis vere vt scribit Auer. i. celi. co. xxxiiii. Nā possibile vere ē illud qd dr a potētia actiua vel a potētia passiua & est illud de quo loquūt nāles. Sꝫ in istis rebus mālibus & corruptibilibus volo fm viā Auer. eē ꝯpōnes ex actu & potētia tāquā ex positiuo & positiuo qr potētia reducit ad mām & actus ad formā materia aūt & forma sunt sbe qr partes sbe sunt sbe vt dr secundo de anima com. ii. Et in hoc teneo cū

Solo Auic. & scoti.

Solo Auer.

dius doctore vnde animaduerte quod vbicunque est ista vltima compositio est etiam prima quia nullum est ens citra primum quod inquantum ens aut inquantum substantia non inueniatur priuatum aliquo gradu perfectionis sed nō conuertitur qd vbicunque est compositio ex priuatione et habitu quod ibi sit compositio ex positiuo et positiuo quia in talibus intelligentijs nulla est realis compositio quia possibile in eis est necessitas. Et per vitam meam opinio ista que mediat inter illas duas extremas magis consonat dictis Aristotelis si bene considerās. ¶ Dicamus igitur iuxta viam antiquorum quod quecunque differunt in genere physico differunt in genere logico quia illa que non communicant in materia sicut celestia corpora que aut materiam non habent aut non talem sed solum secundum locum mobilem vt dicit Aristoteles in octauo methaphysice textu commenti duodecimi et duodecimo methaphysice textu commēti decimi. Omnia vero materiam habent quecunque transmutantur sed alia sempiternorum quecunque non generabilia: mobilia autem latione sed vnde et quo: vnde vt scribit Comentator in libro de substantia orbis in celo non est potentia ad esse sed est potentia ad vbi et rectius dicitur subiectum quam materia talia autem se habent cum istis sicut causa et causatum Nam vt inquit Aristoteles in principio libri methheororum Oportet mundum inferiorem superioribus lationibus esse continuum vt omnis eius virtus inde gubernetur et ideo corpora ista cum illis non possunt conuenire in eodem genere vniuoce dicto sicut est genus logicum. Tamen bene possunt conuenire in aliquo genere multipliciter dicto quod videlicet dicitur secundum prius et posterius vt est genus analogum. Nam ens substantia et vnum secundum istos analogice dicuntur de illis et de istis. ¶ Et si obiciatur quia Auerroes ibi decimo methaphysice comento vltimo inquit quod corpus quod dicitur de corruptibili et incorruptibili est nomen equiuocum ¶ Respondetur quod per equiuocum intellexit analogum. Nam analogia est quidam modus equiuocationis. Nā corpus est subiectum vniuersale scientie naturalis vt scribit Auerroes primo celi comento secundo et duodecimo methaphysice comento quinto et diffinitur in primo celi et demonstrantur multa predicata que per se necessario insunt illi talia autem non possunt competere hijs que sunt pure equiuoca. Nam licet possit de termino pure equiuoco enunciari aliquod predicatum vere sicut ista est vera in quolibet sensu omnis Canis est pulcher tamen in pure equiuocis non reperitur predicatum essentiale omnino vt scribit Auerroes quarto methaphysice comento secundo. ¶ De analogis aūt et diffinitiones dari possunt vt patet secundo physicorum de natura textu comenti tertij et de motu tertio physicorum comento quarto inquit Motus nō dicitur

Positio propria.

Obiec.

Solo.

vniuoce ideo non habet diffinitionem dictam vniuoce sed secundum prius et posterius: sed tamē tales diffinitiones intrant in ortibus demonstratiuis ¶ Similr talia habent passiones per se demonstrabiles de ipsis quia si subiectum est analogum et passio etiam est analoga vt patet ex secundo posteriorum. Et sic aduerte quod corruptibile et incorruptibile inquantum communicant in vna ratione analoga possunt ad eandem scientiam pertinere vnde scientia libri de celo est de corpore simplici neutro quod non est neque graue neque leue et est simpliciter ingenerabile et incorruptibile et est de alijs simplicibus grauitatem et leuitatem habentibus que sunt generabilia et corruptibilia saltem secundum partem inquantum sunt de primarijs partibus que sunt de integritate vniuersi vt dicit Comentator tertio celi comento primo Sic etiam possunt pertinere ad eandem potentiam Nam celum est sensibile solo visu vnde inquantum ista corpora inferiora et celum participant vnam naturā communem analogam siue sit lux aut diaphanum sic possunt esse obiecta vnius met potentie vnde Aristoteles in prohemio methaphysice maxime dicit nos diligere sensum visus quia plures rerum differentias nobis ostendit omnia enim corpora colore participant sicut dicit in libro de sensu et sensato. ¶ Aduerte tamen limitationem istam quod quando peripathetici dicunt corruptibili et incorruptibili nihil esse vniuocum intelligunt de conceptu qui habet modum intentionis prime sed fallit de conceptu qui est de secundo intellectis sicut sunt intentiones secunde vt patet intelligenti.

Alia limitatio.

¶ Motus mixti est ab elemento simplici dominante in eo.

propo. lxii

Propositio ista Scribitur primo celi et mundi in textu commenti septimi et in secundo de anima comento decimoquarto et secundo de generatione .xlviii. et quarto metheororum. ¶ Vera autem est propositio de mixto perfecto cuius mixtio est completa in qua videlicet miscibilia sunt reducta ad vnam formam superadditam mixtioni. Fallit autem in mixto cuius mixtio est per solam partium iuxta positionem. Nam talis motus non est simplex sed est inflexus seu compositus vt est motus turbinum glosa est Auerroys primo celi comento septimo. Et in paraphrasi eiusdem libri idem dicit in loco allegato. ¶ Ubi animaduerte de mente Auerroys quod in motu grauium et leuium de potentia accidentali talia mouentur ab intrinseco a sua forma substantiali tanquam a causa principali et grauitas et leuitas que sunt qualitates concurrunt tanquam instrumenta. Unde primo celi comento .xvij. vbi Arist. ponit diffinitionem

diffinitionem grauis ⁊ leuis inquit: Et intellu/
gendum est ex descriptione grauis ⁊ leuis na/
turam que innata est ad mouendum ad me/
dium vel a medio scilicet habitum ⁊ formam
ex qua procedit hec operatio: ⁊ si hoc no/
men grauitas ⁊ leuitas non dicantur vulgari/
ter nisi de accidente: quia igitur non datur
equale ad pondus vt demonstratum est in na/
turali phylosophia inde prouenit quod in mix/
to perfecto oportet dominari aut elementum
graue aut leue ⁊ ideo mouetur ab elemento
dominante in ipso quando mouetur motu na/
turali. Nam diffinitio de motu recto que dicit
quod est vel a medio vel ad medium ⁊ circula
ris est circa medium iste diffinitiones veritates
habent de motibus secundum quod sunt natu/
rales sensibiles ⁊ in corporibus naturalibus mo
tis natura non violentia vt est sententia Auer/
roys primo celi comento quinto vnde per hoc
infinite argutie sophystarum soluuntur que pro
cedunt de motibus imaginarijs in magnitudi/
nibus imaginarijs ⁊ tolluntur instantie facte de
motibus factis ab arte ⁊ a violentis non a prin/
cipio intrinseco quod est natura ⁊ per medium
debes intelligere medium mundi. Nam motus
rote molendini non est vere circularis quia non
est circa medium mundi nec est motus simplex
tum quia non est corporis simplicis tum etiam
quia est talis motus compositus ex eleuatione
⁊ depressione nec est naturalis quia componitur
ex pulsu ⁊ tractu ⁊ isti sunt motus violenti vt pa
tet. vij. physicorum in tex. com. x.

Propo. lxiii.

¶ Nota per se probari nõ possunt.

Famosa est ppositio ⁊ logicalis: ⁊ Aristoteles in secundo
physicorum textu comenti sexti inqt
Demonstrare autẽ manifesta per immanifesta
non potentis iudicare est propter ipsum ⁊ non
propter ipsum cognitum ⁊ Auerroes ibi in co/
mento scribit quod ille qui per naturam suam
non potest distinguere inter illud quod est mani
festum per se ⁊ inter illud quod non est manife/
festum per se est modus hominum qui nũquam
potuit phylosophari nec poterit. Unde Aristo/
teles in quarto prime phylosophie textu comen
ti noni. Ineruditis est nõ cognoscere quorum
oportet querere demonstrationem ⁊ quorum
non oportet. ¶ Glosatur igitur propositio isto
modo quod per se nota probari non possunt ra
tione demonstratiua quia demonstratio non eri/
gitur ad per se nota sed ad quesita questio autẽ
est ignota proposito naturaliter ⁊ dubitabilis
ex sui natura. Aduerte tamen quod ad per se
nota potest adduci aliqua ratio dyalectica sic
scribit Comentator in quarto physice ausculta/
tionis comento primo Nam Aristoteles ibi pro
ponit inquirere an locus sit vel non sit inquit

Glosa ppõis

enim similiter autem necesse est de loco sicut ⁊
de infinito cognoscere si est aut non est vbi
Auerroes in comento super hoc ita scribit ⁊
non intendit perscrutari de suo esse secundum
demonstrationem: sed secundum dialecticam
locum enim esse est manifestum per se: sed cum
perscrutatur de loco secundum dialecticam de
quiditate eius accidunt questiones que faciunt
dubitare de suo esse. ¶ Amplius Comentator
duodecimo methaphysice comento octauo di/
cit quod in nono methaphysice Aristoteles di/
sputat contra negantes potentiam esse ad con/
firmandum quia potentiam esse est manifestum
per se hoc est dictu ille probationes sunt diale/
ctice non demonstratiue ⁊ adducuntur ad ho/
minem ad confirmandum quia experimen/
tum rationum verarum est vt concordent sensa/
tis similiter aliqua sunt per se nota ita quod de/
monstratione non indigent tamen indigent ali/
qua intuitione ⁊ talia ostenduntur aliqua ma/
nerie discipline sicut ẽ syllogismus hypotheti/
cus per naturam sicut est inductio ⁊ exemplũ
⁊ id genus alia enim est latentia propositionis
que indiget syllogismo ⁊ alia que indiget indu/
ctione quarto celi comento vigesimosecundo.
¶ Resolute igitur limita propositionem isto
modo per se nota probari non possunt verum
est simpliciter ⁊ demonstratiue ⁊ per se loquen
do tamen ad hominẽ possunt rationibus ducen
tibus ad inconueniens ostendi sicut fecit Ari/
stoteles cum negantibus prima principia in
quarto methaphysice nam rationes ille non sim
pliciter probant quia nullum maius impossibi/
le ex natura rei esse potest quam sint opposita
primorum principiorum sed rationes ille du/
cunt ad aliquid manifestius inconueniens ad
hominem sic etiam sunt rationes ducentes ad
inconueniens per quas disputat in libro primo
de interpretatione contra negantes contingen
tiam esse cum hoc sit per se notum nam dedu/
cit ad hoc quod non oporteret negociari neq
consiliari ⁊ multa consimilia que ex parte rei
non sunt magis impossibilia quam hypothesis
data ab aduersarijs videlicet negatio contin/
gentie sed sunt manifestiora quo ad hominem
cum quo fit altercatio Similiter per accidens
potest contingere quod id quod est per se notum
vertatur in dubium vt contingit de esse loci
quod secundum se est manifestum per se tamen
inquirendo suam quiditatem per rationes dia
lecticas quarum natura est vtramq partem cõ
tradictionis indifferenter ostendere sic vertitur
in dubium suum esse hoc vult dicere Comenta/
tor in prefata auctoritate. ¶ Similiter ad per
se nota possunt alique rationes adduci ad cõfir/
mandum vt dicit de potentia Comen. xij. meth.
comento octauo ¶ Similiter per se nota pos/
sunt aliqua intuitione ostendi sicut supra dictũ
fuit ¶ Similiter distingue de multiplici ma/
nerie per se notorum sicut supra poteris videre
in illo theoremate principia sunt sicut locus

lautue ⁊ cetera decies enim repetita placebunt teste Horatio.

¶ Calor concentractus fortius operatur.

propo. lxiiij.

Animaduerte quod contrarium fugiens suum contrarium per viam antiparistasis fit vigoro- sius virtus enim vnita for- tior est seipsa dispersa vt inquit Aristoteles in .iiij. metheororum tamen hoc veritatem non habet secundum quamlibet mensuram ⁊ secundum quodlibet passum nam volunt phylosophi quod quelibet virtus actiua ⁊ passiua requirit in ope ratione sibi propria habere per se quantitatem terminatam ⁊ qualitatem terminatam sicut scri bit Auer. in .ij. de generatione alalium in illo cap. vbi agitur quomodo fetus in vtero augeatur: ⁊ in sexto physicorum comento nonagesimo pri mo. Similiter etiam requiritur determinatum tempus .ij. celi tex. comen. xxxix. Vniuscuiusque actus determinatum est minimum tempus ad non excedere vnde non quelibet concentratio ⁊ fuga caloris ad partes intrinsecas calorem ro- borat nec in quolibet tempore facta aliqua enim est tam grandis que calorem suffocat ⁊ extin- guit vel remittit Similiter nonnumquam fit adeo velociter ⁊ precipitanter talis fuga quod calo- rem illum obtundit. Nam vt patet exercitatis in medicina in rigoribus ⁊ frigoribus contin- gentibus in febribus calor innatus concentra- tur fugiens suum contrarium tamen quia inor- dinato motu ⁊ precipitanter mouetur in tali fu ga non videmus ipsum fortificari immo debili tatur similiter in timore ⁊ tristitia calor ad inte riora refugit ⁊ tamen non roboratur iuxta illud poete. Quando ego non timui grauiora pericu la veris. Res est solliciti plena timoris amor ⁊ idez dicit. Frigidius glacie pectus amantis erat Similiter secundum Auicen. pulsus in somno est paruus licet calor tunc tempore sit concentra tus. ¶ Non igitur quelibet caloris concentra- tio calorem roborat sed determinata. ¶ Nec in quolibet subiecto facta nam animalia exanguia ⁊ corpora frigide complexionis quorum calor a frigiditate continentis vincitur ⁊ superatur deterius degunt in hyeme quam in estate sicut recitat Galenus in prima particula affonsimo- rum in comento .xv. super illa sententia diuini Hypocratis. Ventres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natura. ¶ Aduerte etiam quia de calore loquimur ⁊ operationibus eius quod eodem modo propositio que passim allegatur a phylo sophia in quarto metheororum ⁊ a medicis quod digestio fit a calido non est vniuersaliter vera nam calor alius celestis seu viuificus seu na turalis alius vero elementalis ⁊ est differentia inter istos calores vt scribit solertissimus natu- re rimator Aristoteles in secundo de genera- tione animalium capitulo tertio ⁊ Auerroes duodecimo methaphysice comento decimo octauo ⁊ in secundo capite de substantia orbis quia primus est dator vite ⁊ generationis: sed calor elementalis resoluit ⁊ destruit Extat etiam alia differentia quia calor naturalis ⁊ viuificus non potest saluari nisi in humido naturali vnde inquit princeps in tertia Fen primi doctrina pri ma capitulo primo. Calor innatus humiditate consistit naturali ⁊ ab augumento extranee hu miditatis extinguitur sicut flamma duas habet humiditates aquam ⁊ oleum vna quarum con- sistit ⁊ altera extinguitur vnde Seneca loquens do de calore naturali ⁊ humido naturali quod a medicis dicitur substantificum in libro natu ralium questionum inquit. Qui mecum ori- tur mecum moritur quia vt inquit Aristoteles in libro de morte ⁊ vita. Generatio est prima participatio anime in calido naturali ⁊ vita est eius permansio ⁊ Auerroes in primo cantice comento .lxxiij. inquit calor naturalis est su- biectum anime vt est notum ex scientia natura li ⁊ septimo methaphysice comento .xxxi. Ani- ma est forma in calore naturali idest in corpore disposito per calidum naturale sed quia tale ca lidum in viuentibus non potest saluari nisi re- stauretur ex humido consumpto humido a ca- lore sequitur per accidens ipsiusmet caloris con sumptio sed calidum elementale potest saluari in sicco vt clarum est de se. ¶ Digestio igitur non a calido elementali perficitur sed a naturali vnde Auenzoar in principio sui theysir prohi- bet comestionem panis calidi statim extracti a fornace quia maxime nocet stomacho ⁊ virtuti digestiue non enim vt inquit quelibet caliditas digestionem procurat vt dicunt vulgares vnde caloris extranei consuetudo ⁊ natura est extin- guere naturalem ⁊ resoluere humiditatem su- biectam ei vt scribit Auerroes in quarto me- theororum.

Calor duplex ⁊ differentia.

digestio non fit [illegible] a calido (marginal manuscript note)

¶ Omne in quo est potentia aut est corpus aut est potentia in corpore.

propo. lxv.

Ista propositio scribitur ab Auerroe in duo decimo prime phylosophie in comento .xli. ¶ Vera au- tem est propositio de poten- tia physica passiua que atte- statur imperfectioni simplici ter loquendo. Nam ista est potentia materie vnde comentator dicit in nono methaphysice comento secundo quod in diffinitione potentie passiue sumitur diffinitio potentie passiue pri me materie sicut in diffinitione potentie acti- ue sumitur

ne sumitur diffinitio actionis prime forme. ¶ Fallit autem de potentia logica que est ens rationis nam in omnibus intelligentiis citra primam est huiusmodi potentia logica vt vult Auerr. in .iij. de anima in solutione .iiij. q. in com. v. ⁊ tamen ille nec corpora sunt nec vir/tutes existentes in corpore. ¶ Et animaduerte vnum quod vt scribit Comen. in libro de substã/tia orbis cap. vltimo potentia habet gradus ⁊ materia habet gradus nam .xij. metha. co. xxvi. potentia reducitur ad materiam ⁊ actus ad for/mas. ¶ Infimus enim ⁊ imperfectissimus gra/dus materie est prima materia que est in poten/tia ad omnes formas materiales secundum esse materiale per transmutationem substantialem. ¶ Alius gradus paruz eleuatus ab isto est po/tentia que reperitur in elementis que sunt in po/tentia non ad omnes formas simpliciter sed ad formas mixtorum sicut testatur comen. iij. celi com. lxvij. vbi ponit differentiã inter primã ma/teriam ⁊ elementa in solutione obiectionis ibi mote in qua querebatur quare elementa nõ ha/bent figuras ⁊ tamen elementa habent formas ⁊ iam dictum fuit quod prima materia non est receptibilis formarum nisi inquantum caret forma omnino. Et respondet dicens ⁊ dissolutio est quia non est necessarium in receptibili nisi vt non habeat formam quam recipit non vt nõ ha/beat formam omnino. Quia igitur prima mate/ria est receptibilis omnium formarum nõ dz ha/bere aliam formam omnino elementa vero que non sunt receptibilia omnium formarũ cũ non recipiunt se ideo non debẽt denudari a suis for/mis apud receptiones sed est necessarium tan/tum vt denudentur a formis quas recipiunt ⁊ ideo omnis materia habens formam est rece/ptibilis quarundam formarum tantum ⁊ pro/pter hoc iste materie proprie non habent for/mas quas recipiunt: prima autem materia est vniuersalis cum nullam formam habeat omni/no: Post elementa sunt mineralia q̃ sunt magis eleuata a materia quam elemẽta Postea sunt plãte Postea sunt quedam que a grecis zoofita hoc est ancipitia nature inter planta ⁊ anima/lia quia vt inquit Arist. in .ix. de natura anima/lium natura in suis operationibus non facit sal/tum non enim progreditur de extremo ad ex/tremuz sine medio Postea est gradus animaliũ Postremo est homo naz homo est terminus mũ/di istius inferioris' vt patet .ij. de anima tex. co. xxxij. vbi Comen. in principio com. inquit Com/plementum animalium ⁊ finis eorum qui inten/debatur in generatione quem cum natura po/tuit pertingere fecit: est modus animalium ha/bens virtutem speculatiuam cogitatiuam idest intelligibilem. ¶ Supra autem istam naturam corporalem est natura orbis celestis que secun/dum Auerroem in secundo capitulo de substan/tia orbis est perfectior ceteris modis materie ⁊ non est in eo de potentijs nisi tantum potentia in loco ⁊ ex motu locali nobilissimus omnium scilicet circularis quod intelligo loquendo de potentiã inuenta in natura corporali illa enim est suprema in perfectione sed vltra est mate/ria intelligibilium ⁊ separatorum entium ⁊ ista etiam habet gradus vnde infimus intellectus est intellectus possibilis qui recipit alio modo receptionis quam materia que est in rebus cor/poralibus quia intellectus recipit similitudines rez nã .iii. de anima te. co. vi. intellus est locus spe/cierum lapis enim non est in anima sed species lapidis ⁊ sic ascendũ ordo vsqz ad actum purũ in quo nulla prorsus est potentia que sit arguẽs imperfectionem primum enim eius est ens sim/pliciter perfectum .v. meth. cap. de perfecto.

Margin: Potẽtia et mã hz gradus

Margin: Mã intelligibilium hz gradus

¶ Contraria sunt que sub eodem genere posita maxime distant.

Margin: propõ. lxvi.

SCribitur Propositio ab Arist. in x. me/tha. inter. comẽ. xiiij. ¶ Sed non est generaliter vera de omnibus contrarijs immo quedam sunt in diuersis generibus. Quedam autem sunt ipsa genera contrariorum ⁊ non sunt in ge/nere vt inquit ipsemet Arist. in post predicamen/tis. Necessarium est omnia contraria vel in eo/dem genere esse: vel in contrarijs generibus eẽ vel ipsa genera esse album enim ⁊ nigrum in eodem genere sunt color enim genus eorum est Iustitia vero ⁊ iniustitia in ꝯtrarijs generibus sunt huius enim virtus huius autem nequitia genus est bonum vero ⁊ malum non sunt in ge/nere sed ipsa sunt genera aliorum existentia. ¶ Aduerte etiam quod vt scribit Auerroes octauo methaphysice comẽto quarto ⁊ decimo methaphysice comento .xiii. contrarietas pri/mo reperitur in eis que sunt in loco ideo distan/tia accepta est in diffinitione contrariorum cum dicitur cõtraria sunt que sub eodem genere po/sita maxime distant distantia enim que est in lo/co est maxima scilicet centri ad circumferentiã ¶ Nota etiam quod contrarietas inuenta in loco ⁊ in qualitate vt scribit Comẽtator in quar/to de celo ⁊ mundo in comento .xxxviii. est equi/uoce quia contraria que sunt in qualitate sunt duo in forma ⁊ vnum in subiecto: Sed contra/ria in loco sunt duo in forma ⁊ duo in subiecto. ¶ Sed tunc est instantia contra hoc dictum Auerroys propterea quia hoc videtur esse co/mune omnibus contrarijs videlicet quod ne/dum sint duo in forma verumetiam ⁊ secundum subiectum quia contraria in eodem subiecto esse non possunt. ¶ Nisi esset quod licet con/traria in qualitate simul in eodem subiecto esse non possunt. Tamen bene possunt in eodem su/biecto esse successiue. Sed contraria in loco ne/qz simul neqz successiue in eodem subiecto esse possunt locus enim inferior ⁊ superior sunt loca contraria ⁊ secundum formam ⁊ secundum su/biectum illo modo. ¶ Sed tunc est maior diffi/cultas quia decimo methaphysice tex. comentu

Margin: propõ nõie vera vlr.

Margin: Istãtia.

Margin: Solo.

Margin: replica

xiiij. Eadem est materia cõtrariorum similiter contraria sunt que circa idem subiectum trans mutata se inuicem destruũt ⁊ expellunt. ¶ Nisi esset qđ ista dicta non habent veritatem de omnibus cõtrarijs sed solũ de hys que sunt in qualitate ⁊ ideo recte animaduertẽs ad omnia ista Auer. dixit qđ contrarietas que est in loco ⁊ in alijs predicamentis est equiuoce quia non sunt eiusdem rationis vniuoce sicut patet vbi per li equiuoce debet exponi fm prius ⁊ posterius ⁊ analogice qꝛ in pure equiuocis non inuenit̃ predicatum essentiale vt dicit Comen. in. iiij. metb. co. ij. ¶ Aduerte ẽt qđ aliqua contraria fm mathematicam considerationem sunt eiusdem speciei pro hoc est notabilis auctoritas Comẽ. in. ij. celi ⁊ mundi in co. xxxij. vbi vult qđ duo motus circulares facti super eodem axe ⁊ eisdem polis ad partes diuersas sunt contrarij ⁊ se inuicẽ impediunt qđ tamen esse non potest fm physicã considerationem vnde inquit Ego autẽ longo tempore feci moram in quo non intellexi explanationem illius loci vltimaꝫ sed Deus induxit me ad veritatem ⁊ fm hanc explanationeꝫ erit intentio sermonis Arist. qđ motus circularis nõ habet contrarium: non in eo quod est motus abstractus a corporibus naturalibus. sed in quantũ est in corpore moto per naturam. Quoniam si esset acceptus motus i imaginationibus abstractus a moto non contingit impossibile ponendo eos contrarios ⁊ eosdem fm speciẽ. Verbi gratia cũ imaginauerimus duos motus super eundem polum ⁊ idem centrum ad duas partes diuersas contingit necessario vt prohibeant se ⁊ contrarientur inter se ⁊ fm hunc modum possibile est existimare quod in motu circulari sit cõtrarietas ⁊ cum isti duo motus fuerint positi in corporibus naturalibus reuertetur possibile ad impossibile. s. esse contrarietatem in eadem specie qꝛ tunc continget vt vna re destrueret se ⁊ sic natura faceret ociosum. Ubi manifeste colligitur quod aliqua non possunt contrariari in natura ⁊ fm physicam cõsiderationem que tamẽ possunt esse ꝯtraria in eadem specie fm eẽ imaginarium ⁊ fm mathematicam consideratioñẽ ⁊ sic non omnia contraria sunt specie differẽtia fm mathematicos immo aliqua contraria sunt eiusdem speciei. ¶ Aduerte ẽt quod contrarietas quãdoqꝫ sumitur large ⁊ sic non solum dicit̃ de contrarijs positiuis verum ẽt dr̃ de priuatiue oppositis sicut testatur Comen. primo physicoꝝ co. xli. ¶ Et priuatiue opposita sunt in duplici differentia quedam sunt fm rei veritatem sicut cecum ⁊ videns. ¶ Quedaꝫ aũt sunt priuatiue opposita fm famositatem vnde Auer. in eodem com. xli. inquit quod vacuum ⁊ plenum sunt priuatiue opposita fm famam vnde propositio famosa que dicit quod contraria habent fieri circa idem subiectum fallit in contrarijs positiuis que sunt in loco vt supra dictum est ex mente Comen. iiij. celi. xxxviij. sed veritatem habet in contrarijs in qualitate nisi illud subiectum determinauerit sibi naturaliter alterum contrariorum sicut ignis calorẽ. ¶ De priuatiue vero oppositis veritatem habet propositio in hijs que sunt fm rei veritatem fallit in hijs que sunt opposita priuatiue fm famam solũmodo. ¶ Et ita in simili famosa propositio phylosophi in. ij. celi ⁊ mundi que dicit in tex. com. xviij. si vnum contrariorum fuerit in rerum natura oportet quod sit reliquum vera est de contrarijs positiuis que sunt ad perfectionem vniuersi: nam vniuersum in qualibet hora completum ⁊ perfectum est vnde omnes species que sunt ad perfectionem vniuersi semper actu sunt in vniuerso licet enim apud nos in hac ora cum sit hyems nõ sint rose tamẽ in alia regiõe in qua in hac hora est ver bene reperiuntur rose sed fallit hoc in priuatiue oppositis qꝛ non sequitur in rerum natura est plenum. Ergo in rerum natura est vacuuꝫ neqꝫ sequitur est finitum. Ergo erit ⁊ infinitũ. ¶ Similiter etiam propositio famosa que dicit quod contraria non possunt esse simul in eodeꝫ subiecto vera est inesse completo ⁊ perfecto tamen bene esse possunt inesse refracto glosa est Auer. in. v. physicoruꝫ in com. vi. xix. ⁊. lii. Et alibi frequenter. ¶ Similiter famosa propositio que dicit quod illud quod est cõseruatiuum vnius contrarij est destructiuum alterius contrarij vera est de agente particulari fallit autem de agente vniuersali nam celum mediante motu ⁊ lumine conseruat omnia elementa virtute caloris celestis vnde Auerr. ij. celi ⁊ mundi co. xlij. scribit corpora celestia in rei veritate non agunt frigiditates sed calores sic es vnicuiqꝫ elemẽtoꝝ

Solo
ꝯtrarie pñt cõuenire i spẽꝫ mathe mati.
Priuatiue opposita dupl'r.

¶ Impossibile est qđ actio ⁊ passio ab vna ⁊ eadem natura procedant.

Propõ. lxvij.

Propositio Ista est famosa ⁊ scribit̃ formaliter ab Auerr. in libro destructio destructionum in. iii. disputatione contra Algazelem in solutione xviij. dubij ⁊ sub alijs verbis in prima disputatione in solutione primi dubij vbi inquit Principium per se notum est ⁊ ab omnibus concessuꝫ quod nihil seipsum permutare põt ⁊ idem hꝫ in libro de substãtia orbis in principio ¶ Aduerte autem quod actio ⁊ passio seu mouere ⁊ moueri dupliciter sumuntur apud phylosophos proprie vꝫ ⁊ transumptiue siue equiuoce ¶ Actio proprie sumpta ⁊ passio fundant̃ in motu vt patet iij. physicorum tex. co. xvij. ⁊ sunt merito contrarietatis vt patet in primo de generatione ⁊ corruptione tex. com. l. Et isto modo actio vera nõ reperit̃ in abstractis a materia vñ Comẽ. in. xij. metb. co. xliiij. ꝫ Auic. inquit qđ in intelligẽtijs non est cõsequutio neqꝫ prouentus neqꝫ actio solum enim ibi est causa ⁊ causatum fm quod intellectum est causa intelligentis. Nam vt ibidẽ dicit actio agentis nihil aliud est quã extrahere illud qđ est in potentia ad actum: eodẽ modo motus proprie dictus est in rebus corporeis ⁊ est

actus entis

Actio ⁊ passio dupl'r.

actus entis in potētia inquantū in potētia. Mo/
tus tamen equiuocus est motus spiritualis in/
quantū enim aliquid intelligit se vt sic pōt dici
mouere se colligit ista distintio ex verbis. Auer.
in. viij. phisi. com. xl. vbi scribit. Soluendo ratio
nes. Platonis de anima quā vide inquit Et hoc
esset uerum si anima moueret se essentialiter: ⁊
moueret se motu proprio abstractis. s. vt intelle/
ctus ⁊ intellectū in ea essent idem vt declaratuʒ
est de primo motore ⁊ de ceteris motoribus ab/
stractis sed iste motus dicitur equiuoce cuʒ mo
tu qui est a motoribus qui sunt corpora aut vir/
tutes in corpibus vt̄ lucidissimus. Themistius
in primo de aīa in expositione tex. lxij. vbi Ari.
arguit contra Antiquos qui opinabantur ani/
mā se ipsam mouere qꝛ gaudet ⁊ tristatur ⁊ sen
tit ⁊ intelligit inquit enim atqꝫ hec ratio siquis
ea vtatur dupliciter reprehēdi potest. Primū
quod affectiones ille non sunt motus Deinde si
illas motus esse concessero tamen anime mo/
tus esse non possunt sed permixtionis ⁊ ibidē di
cit quod iudiciū non est motus sed tranquilli/
tas ⁊ quies potius ⁊ infra. cap. xxxiiij. sequit Af
ferendus est ēt alius modus vnde nam mouea/
tur anima si omnino necessarium sit moueri sʒ nec
eo motu quo corpora mouentur ab alis neqꝫ de/
mum eo qui sit rei inabsolute actus sed eo for/
tasse qui absolute atqꝫ perfecte Itēʒ primo de
anima capite. xvii. contra. Theophrastuʒ qui ra
tiones. Aristo. reprehenderat inquit sed resistit
huic loco Theophrastus in hijs libris inquibus
tractat locos ab. Arist. ante pertractatos nō eo
dem inquit mouetur anima motu quo mouet ip
sa corpus iudicia comprehensiones assensiones
sunt anime motus locales vero sunt corporis sol
uendo aūt themistius hāc rationem inquit So/
lutio est primū demostret illa iudicia ⁊ assensio/
nes esse motus hoc numqꝫ prestabit vtiqꝫ si diffi
nitionem motus recipit quam supra nos attuli/
mus motum esse continuum ⁊ attendi cū tēpo/
re ex indiuiduis motionibus nō componi de po
tentia ad actum conferri ⁊ dum confertur obi/
ter retineri potentiam quorꝫ ille omnium tamqꝫ
videtur ⁊ cetera vbi clarissime patet motū equi
uocum. Auerr. ⁊ Themistium appellare iudiciū
⁊ ꝯprehensionem anime ⁊ ex hoc patet quantū
distent a ueritate in via. Arist. ⁊. Com. Johānes
Scotus. ⁊ Gregorius ariminēsis in hoc pūcto

ʒ Scotū ꝯ gregorium de arimino.

Scotus. ii. in secūdo sententiarꝫ distintiōe secūda
questione. ix. de motu angeli ⁊ Gregorius arimi
nensis in eodem secundo distentione. vi. q. i. ar
ticulo secūdo vbi examinat questionem de mo/
tu grauiū ⁊ leuiū in responsione ad quintā obie
ctionem inquit soluendo qualiter idem non pōt
esse mouens per se ⁊ motū nec qꝛ pars moueat
totum nec quia totum moueat totum ⁊ est ratio
philosophi in. viij. physi. tex. comē. xl. inquit Ad
quintum loquendo de toto ⁊ partibus quantita
tiuis vt videtur sumere. Arist. dico quod totum
mouet totum ⁊ quelibet pars mouet etiam se ip
saʒ. Si aūt de partibus qualitatiuis vel formali
bus potest dici quod pars puta grauitas in gra

uī mouet totum ⁊ similiter mouet se ipsam ⁊ si
esset separata a materia ⁊ a forma substātiali ad
huc moueret se sicut de facto patet in euchari/
stia Tūc cum ꝓbatur quod totum non mouet to
tum per illa que tāqꝫ incōuenientia inferūtur di
co quod illa simpliciter accepta non sunt incon
uenientia idem namqꝫ se ipsum alterat sicut pa
tet de aqua calida que per se redit ad frigidita
tem vt supra patuit per. Auic. ⁊ experientia do
cet ⁊ similiter voluntas causat in se volitionem
⁊ sic de alijs pluribus ista sic simpliciter sumpta
non reputantur inconuenientia a philosopho sed
solum in hijs inquibus solum motio est vniuoca
idest inquibus principium mouendi est eiusdeʒ
speciei specialissime cum termino motus tali si/
quidem motiōe philosophus dicit idem nō pos
se mouere se ipsum primo vt puta frigidū per
frigiditatem quam habet actu nō frigefacit se/
ipsum nec calidū calefacit se per suū calorem ⁊
quod ista sit intentio eius patet nā statim ibideʒ
absqꝫ medio addit similr autem ⁊ aliorꝫ vnum
quodqꝫ quorūcūqꝫ mouens necesse est habere vni
uocū vbi. Comen. ⁊ iste inquit sermo est intelle
ctus ex predictis. s. quod impossibile est vt aliqd
moueat fm quod mouetur ⁊ hoc est in motis ⁊
mouentibus que dicunt vniuoce ⁊ addit. Com.
quod philosophus dixit hoc qꝛ hoc non est im/
possibile nisi in motoribus que sunt corpora aut
virtutes in corporibus ratio est qꝛ in illis tantū
reperitur illa vniuoca motio licet non reperia/
tur in omnibus ⁊ in multis reperiat motio equi
uoca talis autem motio vniuoca non est in motu
locali corporū simplicium sicut patet nisi dicere
tur per loca inquibus actualiter sunt mouēt se
ad loca eiusdem speciei specialissime ⁊ forsitan
ad hoc excludendum inter alia inconuenientia
dixit ⁊ ferret ⁊ ferret Et similr dicēdū ad aliud
illatum puta quod idem esset in actu ⁊ in poten
tia. s. in actu formali ⁊ virtuali vniuoco ⁊ in po/
tentia formali. s. tali motione vniuoca se moue/
ret si aūt motio sit equiuoca nō sequitur nisi qd
sit in actu virtuali non vniuoco ⁊ in potentia for
mali iuxta vulgatam distintionem ⁊ istud non
est inconueniens sicut p multa exēpla declarat
que vide si placet ¶ Sed mirum est qd in mo

Impu

tu equiuoco in quo fm istam expositionem prin
cipium mouēs ⁊ terminus motus non sunt eius
dem speciei specialissime non sit inconueniens
idem mouere seipsuʒ ⁊ idem esse in actu virtua
li equiuoco ⁊ in potentia formali sicut est in mo/
tu locali ⁊ tamen Arist. de illo motu loquitur in
toto illo capitulo quod īcipit ibi Necesse est igr
omne quod mouetur ⁊ incipit a tex. com. xxxiiij.
vsqꝫ ad. xl. loquitur enim de motu locali nam vt
dicit ibi. Com. in principio. com. vult congrega
re omnes propositiones predictas in duobus sy
logismis hypoteticis quorꝫ vnus est diuisiuus
alius continuus ⁊ concludere ex hoc illud quod
intendit cōcludere ⁊ est quod mouentia que mo
uentur in loco reducuntur necessario ad mo/
tum ex se quod est primum mouentium que mo
uentur ⁊ in tex. xl. vbi probat quod totum non

mouetur totum q̄ tūc idem esset in potentia et in actu loquitur et de motu locali nam vt inqt Com. ibi in principio comenti cū declarauit qd omne motū in loco reducitur ad motū ex se pau lopost concludit quod modo vult perscrutari de moto ex se quomodo mouetur et a quo mo uetur et intendebat hoc qm̄ videbatur. Platoni quod motum ex se componitur ex moto et motore qui mouet se. ¶ Nec vꝫ qd dicit. Gregorius qd in motu locali potest esse principiū mouens vni uocum cum termino motus si imaginemur qd per loca inquibus actualiter sunt corpora simpli cia mouent se ad loca eiusdeꝫ spēi specialissime et ideo intulit illa incōuenientia et ferret et ferre tur nam nullus hoc opinatur nam locus est in locātc. ¶ Amplius aūt nullus opinaꝫ locū esse de principijs actiuis mouentibus simplicia ad sua loca in via. Arist. q̄ talia dicuntur mota ex se et ex principio intrinseco actiuo quod est pro pria forma et ideo mirum est quomodo allegat auctoritatem. Auer. que erat clara et eam inuo luit per motū enim vniuocū inquit. Com. intel ligit motuꝫ qui est motoribus que sunt corpora aut virtutes in corpore in talibus enim est im possibile quod idē sit per se mouens et per se mo tum vnde motus vniuocus est motus ꝓprie di ctus et est rerum corporaliū nam. vi. phys. demo stratum est qd omne quod mouetur est diuisibi le per motū autem equiuocū intellexit motum qui est methaphorice dictus sicut intellectio et cognitio et iudiciū dicuntur motus illo modo vn de inquit in calce comēti contra. Platonē et hoc esset verū si aīa moueret se essentialiter et moue ret se motu proprio abstractis. s. vt intellectus et intellectum in ea essent idem vt declaratum est de primo motore et de ceteris motoribus abstra ctis et subdit sed iste motus dicitur equiuoce cū motu qui est a motoribus qui sunt corpora aut virtutes in corporibus et omne hoc est manifestū exercitātibus se in istis scientijs quid clarius aut quid manifestius dici potuit vnde isti. Grego

Op'o ppria

rio multotiens hoc contingit quod allegat ali quas. Com. auctoritates extra ꝓpositum ¶ Di camus igiꝫ quod in motu equiuoco qualis ē in abstractis substātijs idem pōt esse per se mouēs et per se motum. i. idem pōt se ipsum intelligere q̄ in talibus idem est intelligens et intellectum et intellectio loquendo aūt de vero motu et de ve ra actione que est in corporibus impossibile est vt idem fm idem et eodem modo sit per se mo uens et per se motum sed semper inter mouens et motum fm philosophos illo modo cadit rea lis distinctio. Pro quo debes scire qd mouere et agere sunt effectus forme moueri aūt et pati sunt materie vt scribit. Arist. in secundo de gña tione et corruptione in. tex. com. liiij: et. iij. phys. tex. co. xvij. Semper existimabitur aliqua spēs mouens. ¶ Aduerte m̄ quod forme sunt dup

forme sūt du plices

plices quedam sunt in materia et quedam sunt abstracte a materia differūt aūt et conueniunt in uicem iste forme Nā omnis forma siue sit in ma teria siue abstracta a materia hꝫ per se mouere q̄ hoc ꝯpetit formis inquantū sunt forme Diffe rūt aūt q̄ forma in materia licet per se moueat tamen per accidens mouetur q̄ est ꝯstituta in esse per suum subiectum et ideo mouetur per ac cidens ad motū sui subiecti vnde. Auer. in. iiij. celi et mundi in. com. xxij. et. iij. celi. com. xxviij. inquit lapis enim mouet se inquantum est gra uis in actu et mouetur inquantum est potentia inferius et cā in hoc quia inuenitur vno modo in actu et alio modo in potentia est q̄ componiꝫ ex materia et forma forma enim eius mouet in quantum est forma et mouetur fm quod est in materia non enim est in potentia inferius nisi fꝫ quod est in materia Ecce igitur quod forme materiales quoquo sunt mobiles per accidēs secus autem est de formis abstractis a materia q̄ ille solum sunt per se motrices et nullo modo mote per accidens in se considerate nec etiā per se quia moueri per se repugnat formis inquan tum sunt forme q̄ tale vt sic est potentie et mate rie repugnat etiam talibus quod sint mote per accidens ratione materie q̄ tales non sunt for me in materia nec sunt constitute in esse per su biectum et ideo. Com. animaduertēs ad hoc qd modo dixi in. ix. prime phie. co. ij. inquit Forma non patitur a primo trāsmutante fm quod ē for ma essentialiter sed patitur per accidens et ideo transmutatio eius non est prima transmutatio sed fm quod est forma in passiuo. s. in materia et ideo forme que non sunt in materia non patiun tur essentialiter aut accidentaliter q̄ igitur po tentia actiua est principium actionis et potentia passiua est principium passionis et iste sunt potē tie primo diuerse nā. ix. metha. tex. co. ij. Potē tia actiua est principiū transmutationis in aliud inquantum aliud quod additur fm. Auerro. ibi quia est manifestum per se quod nihil agit in se ipsum et potentia passiua est principium trans mutationis ab alio inquantū aliud q̄ vt dicit ē manifestuꝫ per se quod nihil a se ipso patitur vn̄ Arist. in primo de generatione. tex. comē. xlviij. infert. qd si simile a simili pati aliquid possibile esset tunc idē a se ipso et pateretur. ¶ Ex quo patet solutio ad. Achilles. Scoti qui voluit pro

Solo rōnis Scoti

bare oppositum in. ix. sue metha. q. xliij. arguit sic Actiuū qdcūqꝫ ꝓ primo obiecto respicit pas siuū tale non hoc passiuum verbi gratia tam ca lefactiuū in communi quā qdcūqꝫ pro primo obie cto respicit calefactibile in communi non hoc vel illud sed in cōi ex hijs sequitur qdlibet conten tum sub primo obiecto alicuius sit per se obie ctum eiusdem qdcūqꝫ calefactiuum respicit qd cūqꝫ calefactibile pro per se obiecto et econuer so qdcūqꝫ calefactibile qdcūqꝫ calefactiuū sed possibile est quod aliquid sit actiuum fm. a. eo dem modo quo aliquid aliud ē actiuū fm. a. idē etiam sit passiuū fꝫ a. sicut qdcūqꝫ aliud passiuū est fm. a. ergo illud in ratione actiui ita habet se ipsum in ratione obiecti sicut qdcūqꝫ aliud pas siuū ergo ita potest in seipm̄ agere sicut in aliud maior aūt est satis manifesta ex prima relatione inter communia sed minor negaretur vel ēꝫ ipsa concessa

concessa negaretur ultima consequentia quia agens debet esse approximatum passo & ita distinctum situ sic non pot idem se habere ad se. ¶ Contra primum minor probatur multi sunt effectus nati produci ab activo equivoco & non univoco patet de levitate in igne generato illam formam equivocam opz ponere aut formam sibi aut aliaz aliquam qualitatem ergo habens illam activaz per se est levificativuz ut ita loquar potest autem ista forma esse in aliquo levificabili pz in exemplo predicto quecumque enim forma in generante poneretur activa respectu levitatis eadem est in igne genito & prior est naturaliter ipsa levitate patet quia est eius principium activum ergo non est contradictio quod ipsa insit generato levificante non in existente & patet quod potest inesse illi quare idem sine contradictione potest esse levificativum & levificabile. ¶ Contra secundum probatur illa consequentia ultima quia approximatio hec non videtur necessaria ad agendum ut includit distinctionez situs nisi quando maior presentia non est possibilis inter activum & passivum si enim hec presentia sufficit multo magis maior presentia sufficeret Quod probatur dupliciter Primo ducendo ad inconveniens alioquin si poneretur ignis in existentia aque sicut angelus pot simul cum celo non calefaceret aquam nec angelus moveret celum. ¶ Secundo idem probatur ex causa quia non opz agens esse presens patienti nisi quia virtus agentis non potest attingere improportionabiliter distans ut ibi aliquid efficiat quod si passum secum esset nonne perfectius attingeretur a virtute agentis hoc ergo supposito arguitur ultra Cum idem verius est sibi presens si est activum & passivum secundum idem quam aliud posset esse sibi presens ita verissime salvatur illa conditio propter quam appropinquatio requiritur quando maior presentia esse non potest ergo verissime est actio. ¶ Ad hoc autem dicimus

Solo.

quod ratio ista est logica non enim procedit ex propriis quales debent esse rationes demonstrative nam fundamentum huius rei est diversitas inter potentiam activam & passivam presertim quia Com. vult quod in diffinitione potentie passive cuiuscumque accipitur diffinitio prime materie et in diffinitione cuiuscumque potentie active sumitur diffinitio actionis prime forme nam sicut omnes forme sunt in potentia passiva prime materie sic sunt in potentia activa primi motoris qui est idem cum prima forma ut patet. xii. metha com. xviii. unde nihil potest esse per se agens & per se patiens secundum idem. ¶ Amplius actio requirit contactum nam forma existens in subiecto non alterat suum subiectum propter quid enim ethicus non sentit calorem febrilem nisi quia illa febris non habet causam ex qua dependet sicut febres putride & ephimere que dependent ab humoribus & a spiritibus: sed illa est impressa in membris & facta familiaris ut dicit Arist. in primo de generatione & corruptione in tex. co. lxxviii. expresse inquit. Continuum igitur unumquodque & unum ens impassibile similiter autem & non appropinquantia nec sibi ipsis neque aliis que facere apta sunt & pati unde actio vera presupponit contactum vel formalem sicut est quando tam agens quam patiens sunt corpora vel saltem virtutes in corpore sic quando intelligentia movet orbem & ideo minor illa scilicet & ultima consequentia neganda est quia impossibile est quod aliquid per se possit habere seipsum in ratione activi & passivi tum quia natura agens & natura patiens sunt nature per se primo diverse tum quia in actione requiritur quod agens & patiens sint distincta loco & subiecto sicut expresse determinat Arist. primo de generatione ubi supra & experientia testatur hoc de ethico ut dictum fuit experimentuz enim sermonum verorum est ut concordent sensatis ut dicit in. viii. phys. Com. in. com. xxii. quod autem dicit de levitate que generatur ab equivoco patet quod illa est a generante nam. iii. celi & mundi com. xxviii. agens quantum dat de forma tantum dat de accidentibus concomitantibus formam mediante tali forma. ¶ Sed contra predicta obycitur non si in

Obie.

motu methaphorico seu equivoco non inconvenit quod idem sit movens & motum & idem sit in actu & in potentia tunc demonstratio Arist. rueret in. iii. de ala in. te. com. iiii. habet enim Auer. in comento quod illa demostratio fundatur super duas propositiones quarum una est quod substantia intellectus materialis recipit omnes formas materiales. Secunda autem est quod omne recipiens aliquid necesse est ut sit denudatum a natura recepti & ut sua substantia non sit substantia recepti in specie si enim recipiens esset de natura recepti tunc res reciperet se & tunc movens esset motum unde necesse est ut sensus recipiens colores careat colore & recipiens sonum careat sono & hec propositio inquit Auerr. est vera sine dubio modo si predicta sunt vera dicam sibi quod in receptione intellectus possibilis cum illa sit motus equivocus non oportet ut idem non sit recipiens & receptum & movens & motum quia iste vere sunt secundum ipsum in motu univoco qui est in corporibus aut in virtutibus que sunt in corpore. ¶ Amplius autem dubitatur quia supradictum fuit quod forma ut forma movet sed ut in materia movetur & sic diversis modis potest eadez forma esse activa & passiva tunc stante hoc sequitur quod non oportet ponere intellectum agentem tamquam rem distinctam ab intellectu possibili contra Arist. & co. l. iii. de anima in. tex. co. xvii quia dicit quod anima intellectiva ut est forma est activus intellectionis ut

Secunda.

autem est forma in materia est passiva. ¶ Nisi esset quod propositio illa superius limitata quod in motu equivoco & actione equivoca non inconvenit quod idem sit per se movens & per se motum. i. idem sit per se intelligens & per se intellectum veritatem habet in omnibus abstractis substantiis excepto intellecto possibili qui est imperfectissimus in genere abstractorum ut dicit Com. in tertio de ala com. xix. unde talis non intelligit se essentialiter sed post intellectionem aliorum ut testatur Arist. in. iii. de ala in tex. com viii. & ista glosa etiam colligitur expresse de mente Auerr. ex viii. phys. co. xl. iaz allegato ubi loquens contra Platonem de anima rationali inquit quod illa non

magis determinatū ad recipiendū vnum quam alium oportet ergo hoc prouenire ab aliqua cā libera que z si quemlibet possit vult tamen hunc vel illum determinate producere ad hoc autem necessarium est quod quemlibet distincte cognoscat alioquin non se libere determinaret ad aliquem z per consequens nullum determinate ꝓduceret. ❡ Ex hac causa puto. Comē. fuisse coactum ponere quod ad cuiuslibet indiuidui animalium z plantarum gñationem z generaliter cuiuscumqꝫ alterius qđ per se z non a casu fit a natura. concurrit simul cum principio naturali imediate intelligentia agens que ad generandum hoc modo indiuiduum vtitur illo naturali principio sicut artifex instrumento vnde ipse in de sonno z vigilia ait quod declaratum est in libris de animalibus z vegetabilibus quod indiuidua animaliū z plantaꝝ sunt determinata in esse z determinataꝝ causaꝝ In gñabilibus autē per semina z agentem intelligentiam In nō generabilibus vero sunt determinata per corpora celestia z elementa z intelligentiam agentem z cum ista indiuidua habēt determinatū esse necesse vt natura eoꝝ sit intellecta apud formā abstractam cuius ꝓportio ad illa est sicut ꝓportio forme artificij idest artis ad artificiatum z statim post dicit qđ natura sensibilis mouet ab hac forma abstracta sicut instrumenta mouentur a forma artificij z ideo visum est inquit. Comen. quod nullum indiuiduū fit essentialiter idest ꝑ se a natura nisi per scientias antecedentem qm̄ instrumentū artificis sicut dicit. Arist. non mouet nisi ſm artificem ex quo pꝫ ſm eum qđ illa intelligentia precognoscit indiuiduū quod determinate ꝓducitur z sic patet consequentia prima. ❡ Secunda vero satis est euidens quoniā cum non oporteat plura talia agentia libera poni sed sufficiat vnū quod ad omnes effectus quorūcūqꝫ agentium naturaliū concurrat libere vt dictum est aut tale est deus z habet ꝓpositū aut si non est deus est nobilius deo quod est impossibile cum dei nomine intelligamus quod est in entibus nobilissimum z patet ꝯñ quoniam ens tāte potentie z causalitatis ac ēt intelligibilitatis nobilius est ceteris nec aliqs sane mentis diceret oppositum. ❡ Ad hanc rationē posset dupliciter

Solo prima.

responderi vno modo ad antecedens z dr̄ primo quod posset dici qđ nō sunt plures effectus possibiles ꝓduci ab eodem agente in vno passo: sꝫ vnus tm̄. ❡ Secundo esto quod sint plures inter illos tñ est ordo essentialis inquantū ad produci z ita non quilibet potest primo produci. ❡ Secundo posset negari vltima consequentia

Solo scda.

nam diceretur quod esto quod detur tale agens liberum determinate productiuū non tñ sequitur quod qđlibet distincte cognoscat qm̄ volūtas vel homo ꝑ voluntatē libere z determinate producit aliquam volitionem circa aliqđ obiectū determinatum z tamen nō cognoscit distincte quālibet volitionem producibilem ab eo circa illud obiectum. ❡ Ista non tollunt predictam rōnes

Impu

nam primo appꝫ naturaliter esse falsum quoniā si solus vnus effectus esset possibilis ꝓduci ab vno agente in eodem passo verbi gratia vnū lumen ab vno corpore luminoso cum postqꝫ illud esset ꝓductum si ipsum corrumperetur vel pp interpositionem alicuius opaci vel remotionem agentis adhuc remoto obstaculo z presente eodem agente circa idem passum causaretur lumē sequitur qđ illud idem numero secundo modo causaretur quod fuit primo causatū z sic naturaliter corruptum idem numero repararetur qđ videtur impossibile per naturam. ❡ Preterea qđqđ sit de effectu aliquo indiuisibili aut de diuisibili totali seu perfectissimo possibili ꝓduci ab agente de partibus tñ formalibus seu secundum intensionem effectus habentis tales partes nullus posset negare quin plures sint ꝓducibiles ab eodem agente in eodem passo z tamen ex eis aliquando aliqua determinate ꝓducitur ante aliam z tunc stat ratio tota. ❡ Secundum etiam falsum est qm̄ inter ea que sunt eiusdem rationis z oīno similia nullus est ordo vel esse potest non enim est ratio pp quam vnum sit prius alio potiusqꝫ econuerso. ❡ Preterea idē agēs naturale eosdem effectus quos in aliquo passo successiue ꝓducit posset in eodem simul producere ergo non est equalis ordo quo ad ꝓduci inter effectus huiusmodi: consequentia pꝫ assumptum declaratur naꝫ si aliquod corpus luminosum quod per continuū motum appropinquans alicui parti medii causauit in illa lumen verbi gratia. x. gradum fuisset genitū in eo loco i quo est quando totum lumen productum est tunc statim illud totū lumen simul causasset sicut experientia docet z non prius vnū gradum quaꝫ aliuꝫ. ❡ Ad illud aūt quod secundo dicitur negando ꝯsequentiam vltimā dico quod ratio mihi demonstratiua est ad ꝓbandum quod nō soluꝫ ad actiones naturalium agentiū sed ēt ad quascumqꝫ etiam libere agentium deus libere concurrat imediate aliequin nihil determinate produceret naꝫ quamuis voluntas libera sit ad cāndum z non causandum volitionem hanc vel illam volitionem tamē numqꝫ determinate causaret nisi deus qui hanc vel illam z quamlibet similem possibileꝫ distincte cognoscit vellet determinate eam ꝓducere ita quod qz deus ita vult cum voluntate concurrere ad causationem huius z non illius ideo hec ab vtroqꝫ ita ꝓducitur quod non illa z idem dico de partibus intensiuis volitionis quam voluntas aliqñ potest intēdere numqꝫ enim vna pars potius quam alia prius produceretur nisi agens hanc z illā distincte cognoscens vellet cōcurrere cum voluntate ad ꝓducendū primo hanc z postea illam z qđ deus cōcurrat tāqꝫ causa partialis ad oēm actionem voluntatis expresse dicit. Augusti. lxxxiij. q. vbi ait quod quidqđ in mundo geritur partim diuinitus geritur partim nostra voluntate z precedentia z sequentia ad hanc intentionem ꝓcedūt si inspiciantur Itez. q. lxxviii. dicit qđ deus operatur per artifices quod cumqꝫ opus fit ab eis z constat quod ipsi voluntarie operā-

tur. ¶ Posset autem in eadem virtute eadem conclusio probari ex remissione alicuius forme Uerbi gratia luminis quod ad excludendum quandã rñsionem datam ponatur totum simul productum fuisse ꝛ successiue tamen remitti per continuã agentis elongationem tunc enim vna pars ante aliam desinet cum tamen omnes oi/no eque ꝓpinque ꝛ omnibus modis vniformi/ter se habebant ad ipsum agens ꝛ nulla cã oino assignari possit ꝓp quam vna ante alias corrumpatur nisi quia omnino deus ipse sic vult deter/minate primo concurrere ad desinendum con/seruare istam quam illam ꝛ idem est de aliꝫ for/mis naturalibus sicut supra distinctiõe .xvij. I so/lutione cuiusdã rationis vbi agitur de intensio/ne formarum corporaliũ dictum est hec est secunda rõ. Gregorij. ¶ Ad hanc scdaꝫ rõnem Grego/rij respondetur quod ipse bene nouit quod in accidentalr ordinatis nõ est ordo ꝑ se. vñ Com. v. phyſi. com. xiiij. scribit ꝙ ante trãsmutationem non est transmutatio essentialiter per accidens vero est necessarium scilicet quod ante omnem transmutationem sit trãsmutatio quoniã necesse est vt sit hic vnus motus eternus q sit causa qꝺ ante omnem motum factum sit motus vt decla/ratum est in octauo ꝛ qꝛ moderni nõ distinguũt illud quod est per se ꝛ illud quod est per accidẽs existimauerunt quod sequit̃ ex hoc qꝺ si homo semper generatur ab homine ꝛ primũ non fue/rit postremũ non erit ꝛ non est ita quoniam pri/mum est ꝛ est sol ꝛ intelligentia operans homi/nem aũt generari ab homine est verum in infi/nitum per accidens ꝛ non ꝑ se ꝛ ita dicit etiam in. viij. phyſi. com. xv. ꝛ xlvii. ¶ Dicere ẽt quod ad actionem particularẽ agentis naturalis req/ratur aliquid agens determinans illud ad hunc effectum ꝛ non alium quod determinãs ẽ agẽs per cognitionem ꝛ est libere agens ꝛ quod hoc senserit. Auer. in libro de diuinatione est multũ remotum a doctrina Auer. qꝛ licet ipse ꝛ. Arist. magister eius ponant opus nature esse opus in/telligentie non errantis non tamen ipsi opinan/tur quod intelligentia concurrat nisi tamq̃ cau/sa vniuersalis neqꝫ tenent quod intellectus eius cognoscit determinate aliqd singulare sicut be/ne patet inspicienti verba. Auer. ibidem in disso/lutione questionis ibi mote quomodo cum intel/ligentia ſm peripatheticos non intelligat singu/laria potest esse dator istius cognitionis circa fu/tura contingentia que est singularis ꝛ circa sin/gularia ꝛ licet in dissolutione illius questionis ꝑ verba iam allegata dicat quod indiuidua substã/tiarum cum non sint a casu quia habent causas ter/minatas ex consequenti dicere videatur quod talia sint cognita ab intelligentia tamen nõ fuit mẽs eius qꝺ cadũt ibi sub cognitione sub rõne qua sunt res singulares vñ si ꝓsequamur aucto/ritatem eius inueniemus quod intelligentia co/gnoscit naturam abstractam qꝛ vt forme rerum sensibilium sunt in sciẽtia intelligentie sic est esse earum apud illam ꝛ quod hoc sit verũ hec sunt verba que subnectit parũ infra hoc enim posito non est inopinabile vt intelligentia abstracta det anime imaginatiue naturam vniuersalem istius indiuidui facti. s. intellectum sue cause ꝛ anima imaginatiua recipiat ipsum particulare ſm qꝺ est in materia ꝛ tunc forte recipiet indiuiduum illius intellecti aut suũ simile ꝛ quemadmodũ dat perfectiones animales vniuersales ꝛ mate/ria recipit eas particulares ita hic dat perfe/ctionem vltimã anime imaginatiue vniuersa/lem ꝛ imaginatiua recipit eam particularẽ de/claratum est enim quod intelligentia agens dat primas perfectiones virtutum anime particu/lares ꝛ particulariũ. s. quinqꝫ sensuũ ꝛ virtutis imaginatiue dator enim vltimarum perfectionum in eis ẽ res sensibilis Ubi aduerte quod per in/telligẽtiam agentem que dat imediate virtutes sensitiuas interiores ꝛ exteriores que ẽ res sen/sibilis debemus intelligere virtutem informa/tiuam que ab. Arist. nuncupatur in libris de ge/neratione animaliũ intellectus vt scribit. Com. in. vij. metha. com. xxxi. ꝛ. xij. metha. comẽ. xviij. Et sic etiaꝫ intelligitur dictum. Auer. in auctori/tate allegata per. Gregorium vbi. Com. dicebat ꝛ declaratum est etiam in libro de animalibus ꝛ vegetabilibus qꝺ indiuidua animaliũ ꝛ plan/tarũ sunt determinata in esse ꝛ determinatarũ causarum in generabilibus autem per semina ꝛ in/telligentiam agentem in non generabilibus ve/ro per elementa ꝛ corpora celestia ꝛ intelligen/tiam agẽtem Ubi aduerte quod meo iudicio ꝑ intelligentiam agentem puto ipsum intellexisse virtutem informatiuam: ꝛ mouet me auctoritas eius nam. vij. metha. com. xxxi. in cõsimili diffi/cultate de hiis que generantur ex semine ꝛ sine semine inquit Nos autem dicimus quod cuꝫ cõ/siderata fuerit demostratio. Ari. in hoc loco sup hoc quod forme materiales sunt generãtes for/mas materiales apparebit quod semina sunt il/la que dant formas rerum generatarum a semini/bus ꝑ formas quas dederunt semina generan/tia in generabilibus aũt nõ ex semine idest casu apparebit qꝺ corpora celestia sunt illa que dãt sibi aliquid loco seminum ꝛ virtutum que sunt in seminibus ꝛ in eis que generantur ex semine ꝛ quod omnia ista sunt virtutes naturales diui/ne generantes sibi similia ſm quod artes gene/rant sua artificiata ꝛ ideo dixit. Arist. in libro de animalibus quod he erunt similes intellectui. s. quia agunt actiones intellectuales ꝛ declarat q̃/re iste virtutes assimilent̃ intellectui in hoc qꝺ non agunt per instrumentum corporale ꝛ in hoc differunt iste virtutes generatiue quas medici vocãt formatiuas a virtutibus naturalibus q̃ sunt in corporibus animalium iste .n. agunt non actione intellectus operatiui sed agunt per in/strumenta terminata ꝛ membra propria virtus autem informatiua non agit per instrumentum ꝓprium ꝛ ideo dubitauit Gale. ꝛ dixit. Nescio vtrum ista virtus sit creator aut nõ. Et. xij. metb. com. xiij. ꝓpe finem dicit Et cuꝫ diximus quod illud quod generatur ex putrefatione generat̃ ex ꝯueniente non volumus dicere quod genera/tur ex calore

Solo secude ronis.

virtus informa tiua est diuina

tur ex calore innato tñ ſm quod dicit. Alexan. ſm alteram ſuarum expoſitionũ ſed eſt dicere quod putrefactio ex qua generatur eſt ſicut ſe/ men in alalibus generantibus id eſt qꝛ ſicut in ſe minibus eſt virtus generatiua ſpeciei habentis illud ſemen quam. Ariſt. aſſimilauit artificio ita virtus que eſt in putrefactiõe propria alicuius animalis ſimilis eſt artificio quod eſt in ſemine ⁊ cuꝫ ea que fiunt ex artificio fiunt ex ↄueniẽte neceſſe eſt vt ea que fiant ex virtute que eſt ĩ pu trefactione ꝓpria alicuius animalis fiãt a cõue niente ⁊ nulla differentia eſt inter virtutẽ que ẽ in putrefactione que aſſimilatur artificio ⁊ eaꝫ que eſt in ſemine ſed ea que eſt in ſemine fuit ex habente ſemen ⁊ ſole. Illa aũt que eſt ex pu/ trefactione a ſole tñ ⁊ ideo dixit. Ariſt. qꝺ ho/ mo generatur ab homine ⁊ a ſole ⁊ ideo nullo modo indigemus ponere formas quas exiſtima uit. Themiſtius ponere ex neceſſitate in alali/ bus que fiunt ex putrefactione ⁊ eandẽ ſenten/ tiam hꝫ. Auer. in libro deſtructionũ in. iij. diſpu tatione in ſolone. xviij. ¶ Dubiũ non fuit igit mens. Auer. ponere vt pretendit. Gregorius ex illa auctoritate. Com. in libro de ſomno ⁊ vigilia precipue in illa parte vbi de diuinatiõe que eſt in ſomno pertractat in gñatione quacũqꝫ tam re ſpectu ſubſtantiaꝝ que ex ſemine generant quã in generatione ſubſtantiaꝝ ſine ſemine intelligẽ tiam agentem que cognoſcat ⁊ determinet indif ferentiam agentis naturalis ſicut ſibi imponit. Gregorius ariminẽſis Tuꝫ qꝛ vt predictũ ẽ de mente eius intelligentie abſtracte nõ cognoſcũt aliquod ſingłe materiale ſub rõne qua tale. Tũ etiam qꝛ intelligentie concurrũt tãqꝫ cauſa vni/ uerſalis ⁊ remota ⁊ per conſequens potius agẽ tia que ſunt hic determinãt indifferentiã ſue cã litatis quam econtra nam ſecũdo. phyſi. te. com. xxxviii Effectuũ vniuerſaliũ cauſe ſunt vniuer ſales ⁊ particulariũ particulares vbi. Com. l. co. ponderando hoc ponit documentum dicens ⁊ dixit hoc preſeruando ſe a platonica opinione ſcilicet qꝺ vniuerſalia ſunt cauſe particulariũ. ¶ Amplius ſi p illa verba. Comen intellexiſſet quod alalia ⁊ plante ſunt ab intelligentia agen te per intelligentiam agentẽ intellexit ſubſtan/ tiam ſeparatã ⁊ ita etiam in verbis ſequentibus dum dicit qꝺ in non generabilibus ſunt corpora celeſtia ⁊ intelligentia agens tunc iſta eſt opinio Auicen. qui voluit intellectũ agentẽ quẽ nuncu pabat colcodeam ſeu datorẽ formaꝝ dare oẽs formas ſubſtantiales ⁊ quod agens materiale ſolum diſponebat materiam vt pꝫ. vii. methap. com. xxxi. ⁊. xij. metha. com. xviij. ſic ſcribit de ip ſo Unde quidã dicunt qꝺ omnes forme ſubſtan tiales fiunt a forma abſtracta extrinſeca que dr̃ a quibuſdam dator formaꝝ ⁊ dicũt quod hec eſt intelligentia agẽs ⁊ cetera. ¶ Sed quid fuit ĩ cauſa quod defecerit iſte vir eximius fuit equi uocatio que plerũqꝫ nobiliores intellectus ipe/ dit atqꝫ confundit vt teſtatur. Ariſt. in primo de celo ⁊ mundo in. textu comenti. cx. nam quia in principio digreſſionis. Auer. intelligentiã agẽ/

Cã er roris.

tem ſumit pro ſubſtantia ſeparata vt clarũ eſt ſic enim ꝓcedit obiectio in qua queritur quomo do fieri põt vt iſta diuinatio ſm quietem def ho mini ab intelligentia ſeparata cũ declaratuꝫ ſit apud peripatheticos qꝺ intelligentie ſeparate non intelligunt ſingularia credidit quod per to tum illud capitulũ eodem modo vtatur nomie intelligentie. Quod quidem ita nõ eſt nã in cor pore queſtionis decidendo quomodo ea q̃ fiũt quedam ſunt ſubſtantie ⁊ quedam accidentia ⁊ vult quod ſubſtantiaꝝ quedã ſunt elemẽta que/ dam mixta quedam autẽ ſunt plante ⁊ anima/ lia poſtqꝫ inductiue ꝓbauit quod indiuidua ſub ſtantiaꝝ ſimpliciũ vt ſunt elementa ⁊ mixta non fiunt a caſu qꝛ generatio ipſoꝝ habet cauſas ter minatas vt declaratum fuit in libro de genera/ tione ⁊ corruptione in ſecundo preſertim vbi. text. comẽ. lvi. demõſtratur quod motus ſolis in obliquo circulo eſt cauſa generationis ⁊ corru/ ptionis in elementis nam generantur ⁊ corrum puntur ſm partes motus autem primi mobilis eſt cauſa continuitatis ⁊ ſempiternitatis ⁊ ꝗ̃ñ ẽt loquutus eſt de mixtis tranſit etiam ad declarã dum quod generationes viuentium non ſunt a caſu vt inferat concluſionem ſuam vniuerſalem quam intendebat quod nullũ indiuiduũ ſubſtan tie fit a caſu ⁊ qꝛ vidit quod viuentia ſunt in du/ plici differentia quedaꝫ ſunt ab inuicem gene/ rabilia ſicut ea que ex ſemine generantur ⁊ que dam non ſunt generabilia illo modo declarauit vtrorumqꝫ generationes habere cãs determi/ natas nam reſpectu eoꝝ que generãtur ex ſemi ne ſunt ſemina ⁊ intelligentia agens id eſt virtus informatiua exiſtens in ſemine ſed in non gene rabilibus vt ſunt illa que ex putri materia gene rantur ſunt corpora celeſtia ⁊ intelligẽtia agẽs id eſt virtus ſimilis virtuti informatiue q̃ erat in ſemine reſpectu eoꝝ que ex ſemine generan tur nam tales virtutes ab. Ariſto. in libro de ge neratione animaliũ ſecundo. cap. iij. intellectus nuncupantur ꝑꝑ cauſam dictam per. Auer. ſed nulla eſt differentia niſi qꝛ virtus informatiua in animalibus ⁊ plantis ex ſemine generatis da tur a dante ſemen ⁊ a corporibus celeſtibus ſꝫ virtus generatiua in putrefactis data eſt ſolum a ſole id eſt a corporibus celeſtibus ⁊ iſta eſt ve ra mens. Auer. ſi nobis fas eſt. Auer. per. Auer. interpetrari. ¶ Reſolute igitur ad totã rõnem Gregorii dicendũ eſt quod non opus eſt phiſice loquendo ꝑꝑ actionem alicuius agentis natu/ ralis hic inferius ſiue agat generando ſubſtan/ tiaꝫ ſiue accidens ponere aliquid agẽs ſepara tum per cognitionẽ illius effectus in ꝓpria for ma libere concurrere ad determinationẽ agẽtis particularis qꝛ ordo vniuerſi ⁊ ſenſata experiẽ tia oſtendit totũ oppoſitũ videlicet quod agẽtia particularia que ſunt hic ⁊ diſpoſitiones mate/ riales vt locus tẽpus ⁊ ipſa materia ſunt que li mitant ⁊ dearticulant influxus ⁊ deriuatio/ nes vniuerſales ſub vniuerſalitate prodeuntes a cauſa vniuerſali ſicut patuit per. Auer. in loco preinducto in illa queſtiõe ⁊ ideo amor induxit

Solo rõnis.

nos ad diuertēdū in presenti loco qꝛ tēpore meo
auctoritas· Gregorii ariminēsis multū inualuit
nedū parisius veruꝫ apud ytalos ⁊ tū ni fallor in
via Auer· multa inducit que vel non intellexit
vel finxit se non intelligere· ❡ Tertia ratio pri
cipalis eius talis est nam videmus quod agens
naturale in omnibus suis partibus vniforme in
diuersis partibus eiusdeꝫ materie etiā penitus
vniformis diuersos causat effectus verbi gratia
sperma maris agens in vniformē oīo materiaꝫ
fetus diuersa membra organica per se cāt ex il
la ex vna enim parte causat neruuꝫ ex alia os ⁊
ex alia carnes ⁊ sic de aliis pp quid aūt ex vna
parte generatur caro ⁊ non os ⁊ ex alia ecōuer
so impossibile est dicere nisi ponatur aliqđ agēs
liberum īmediate concurrere ſm se ⁊ illud ad
sic agendū determinet non enim ad hoc pōt va
lere sol vel celum vel aliud aliquid naturaliter
actiuum cum q̄libet tale indifferenter se ha/
beat ad quaslibet illius materie partes nec ex
se talr̄ determinari possit nec certe talis distincta
causatio casui est attribuēda qm̄ casus nō est ni
si in his que raro accidunt hoc aūt euenit sem
per ⁊ oporteret ſm hoc q̄si oēs naturales actio
nes attribuere casui quod penitus est absurduꝫ
tale vero vniuersale ⁊ liberū agens oīo deus ē·
⁊ sic agere sine aliorum cognitione non potest·
❡ Ad hoc respōdetur in simili sicut dicit· Arist·
contra· Platonē in primo de generatione ⁊ cor
ruptione· tex· com· vii· Causa aūt pp quam non
potuerunt consilia videre inexperientia fuit nō
enim credendum est q̄ si aliquod agēs aut pas
sum materiale videatur esse vniforme quantum
ad sensum q̄ ita sit ex parte rei Testantur hoc
multa semina que tam etsi parua admodum sint
tamen diuersas ⁊ contrarias qualitates ⁊ pro/
prietates in diuersis suis partibus obtinēt sicut
sapientes medicine testantur de grano psilii cu/
ius partes superficiales sunt frigide complexio
nis partes aūt centrales sunt calide ⁊ in multis
aliis hoc ostendi posset nam modi mixtionum
⁊ dispositiones materiales variant in infinitum
vnde non est credendum in hoc sensui qui licet
iudicet menstruū mulieris quod est materia ge/
nerationis membroꝝ esse vniforme imo ex pre
ter habet magnam difformitatē vnde· Auicen·
dicit in· cap· de cōplexionibus membroꝝ ⁊ etiam
in· caplo· de humoribus in prima fen primi q̄
membra ista que habent diuersas cōplexiones
ex diuersis nutriuntur humoribus aut ſꝫ· Arist·
ex sanguine diuersimode disposito in suis parti
bus qꝛ ipse tenet solū sanguinē nutrire· ❡ Am
plius autem hoc ex dissolutione talium· mixtoꝝ
experimento sensato ꝓbari pōt nam videmus q̄
multe herbe que ad sensum nullam difformita/
tē primo aspectu habere cernuntur si in alem/
bico ponātur que distillētur sensibiliter apparet
in illa dissolutione fluere aquam aliquas autēꝫ
partes eē terrestres alique vero sunt aeree igneis
vnde ratio dictat q̄ pp diuersitatē approxima/
tionis agentis ⁊ pp maximam diuersitatem ex
parte partiū materie ipsius passi est magna diffe
formitas in ipsis mixtis licet sensus aliter iudi
cet· ❡ Quarta ratio eiusdem talis est ex q̄busdam effectibus apparētibus ⁊ expertis cogimur
ponere aliquod ens quod hꝫ certam notitiā de
futuris cōtingentibus ad vtrumlibet ergo natura
liter opꝫ ponere quod deus cognoscat alia a se
Antecedēs ꝓbo primo quidem quoniam visuꝫ
est ⁊ expertum apud plurimos est quosdā plu/
rimos ⁊ frequenter ꝓphetasse futura ⁊ ita eue/
nisse ⁊ quosdam habuisse ⁊ habere vera somnia
de futuris ⁊ quosdam etiam habuisse notitiam
interpetrandi tā somnia quam prophetias ⁊ in
terpetratione indigentes sicut non solū ex chri/
stianoꝝ ⁊ iudeoꝝ libris sed etiam gentilium pꝫ
ac etiam philosophoꝝ vt· Auicen· vi· naturaliū ⁊
Com· Auer· testat· Qui in libello suo de somno ⁊
vigilia ait determinatuꝫ est de natura somnioꝝ
⁊ quod est sui generis de comprehensionibus
diuinis que non acquiruntur ſm acq̄sitiones ho
minuꝫ Dicamus ergo quod istaꝝ comprehēsio
num quedam dicuntur somnia ⁊ quedam diui/
nationes ⁊ quedam prophetie ⁊ quidam homi
nes negant ista ⁊ dicunt ea accidere a casu sed
negare ea est negare sensata ⁊ maxime negare
vera somnia nullus enim homo est qui non vi/
derit somniū quod enunciauerit ei aliqđ futurū
⁊ cū homo experimētauit hoc multotiēs vide
bit qđ hoc non accidit a casu sed essentialr̄ ⁊ ille
alie comprehensiones ⁊ ꝓphetie licet non sint vi
se vt somnia ita communiter sunt tn̄ valde famose
⁊ ea que sunt famosa apud oēs aut sunt necessa
ria ſm totū aut ſm partem impossibile enim est
vt famosum sit falsum ſm totū hec· com· Cuius
dictū specialiter volui allegare quoniam in prin
cipali conclusione opinionem oppositam habet
⁊ tamen hoc assumptum confitetur ⁊ dicit non
posse negari constat autem quod talia non pro/
ueniunt casualiter sicut etiam ipse· Com· ꝓba/
uit in predictis veris somniis ⁊ eadē fortior ꝓ
batio est de ꝓphetiis nam impossibile est quod
idem hō frequenter vere ꝓphetet a casu nam
quod est casuale rarissime accidit ergo sunt ta/
lia ⁊ acquirūtur huiusmodi hominibus ab aliq̄
causa determinata ⁊ impossibile est aliquaꝫ assi
gnare nisi illa habeat notitiā de illis futuris de
quibus prophetias vel somnia causat in homie
alioquin non per se sed casualiter talia causaret
Secundo idem antecedens ꝓbatur ex eo qđ ex
pertum ē plures homines habere circa ea que
sunt agenda per ipsos quosdaꝫ quasi naturales
⁊ indeliberatos ac in prouisos instinctus ⁊ im
pulsus cordis ad eligendum ex contradictoriis
quod eis melius ē quos homines philosophus
in libello de bona fortuna bene fortunatos dicit
taliū autem inst inctuum nec natura nec ho/
mines nec ratio hominis potest esse causa pri/
maria vt ibi philosophus ꝓbat sed oportet qđ
ibi sit quid melius habens notitiam de futuris
in quibus vult tales homines dirigere ⁊ ppea ta
les instinctus causat in eis consequentia satis
est euidens nam ⁊ huiusmodi ens cognoscens
futura est deus ⁊ habet ꝓpositum nam sequitur
ex hoc

Quarta rō· eiusd

ex hoc quod ipse cognoscat alia a se aut est ali/
quid infra deū ⁊ tunc per locum aminori sequi
tur q̄ tale noticiā deus maxime habeat cū ipse
sit maxime nobilitatis ¶ Et ꝯfirmaf ista ꝯña ex
intētione aduersarioꝝ nam. Auer. hmōi reuela
tionem pp̄ sui nobilitatē dicit esse ꝯprehensiōes
diuinas que non appꝛehēduntur per acquisitionē
hominis vt supra allegatū ē ¶ Itē infra dit q̄
iste modus dationis cognitionis rei future ē val
de nobilis ⁊ attribuitur principio nobiliori volū
tatis imo est are diuina ⁊ est ex perfecta sollici/
tudine erga hominē si ergo talia nosse est perfe/
ctionis ⁊ ex hoc attribuitur principio nobiliori
hominis ꝯña est quod deus qui est nobilissimus
eiuz hmōi perfectione non careat vnde. Auicē.
vbi supra de hac materia tractās quasi princi/
piū assumit quod omnia que in mundo sunt pre
sentia preterita ⁊ futura habēt eē i sapiētia crea
toris itē philosophus vbi supra illos instinctus
bene fortunatoꝝ reducit in principiū supra ra/
tionem hoīs quod est melius ⁊ nobilius ea ⁊ ex
presse dicit tale principiū esse deum qui videt fu
turum ⁊ p̄ns quoꝝ ratio perit. i. preterita quoꝝ
notitia perit a memoriis hominū vñ ratio ista
non debet cuiq̄z facilis videri qū pp̄ ipsam ph̄s
coactus est in principali ꝯclusione que in hoc in
gritur sibi contradicere vt ex dictis est euidenā
pp̄ istam mihi appꝫ quod quilibet volens natu
ralem rationem seq̄ in auctoritate exclusa cogē
ponere deū hr̄e notitiam omnium alioꝝ hec ille

Solo. ¶ Ad istud argumentum patet ex iam dictis
solutio nam vt late disputat. Auerr. in. com sup
libro de somno ⁊ vigilia in illa parte vbi. Arist.
agit de diuinatiōe que est fm̄ quietē vult tādez
quod sint ab intelligētia nō exeunt ab illa sub ra
tione communi ⁊ vniuersali ⁊ anima imaginatiua
recipit illam cognitionē singulariter ⁊ signate
sic enim omnes effectus sunt a causis abstractis
procedentes ⁊ materia recipit illos signate ⁊ cū
hic ⁊ nunc ⁊ dat exemplum dicens ⁊ quemad/
modū medicus enunciat quod accidit corpori
sortis ⁊ anime eius in aliquo tempore termina
to per duas propositiones quarū vna est vni/
uersalis intelligibilis ⁊ alia particularis sensibi
lis ita ista enuntiatio componitur ex vniuersali
quod datur ab intelligentia ⁊ ex intentione par
ticulari simili illi vniuersali quare vero hō non
cōprehendit ex istis particularibus nisi illud q̄
est proprium suo tempori ⁊ suo loco ⁊ corpori
⁊ suis hominibus absq̄ aliis particularibus co/
municantibus eis in illa natura vniuersali hec
est q̄ necesse est vt homo habeat in hac ꝯprehē
sione alteꝝ duoꝝ modorum generum cognitio
nis que antecedit fidem s. cognitio preparans
scilicet cognitio imaginationis imaginem in/
formans ⁊ debet antecedere fidem ⁊ homo non
potest acquirere istaz cognitionem nisi in indiui
duis que iam presciuit ⁊ maxime illa indiuidua
circa que habuit magnam sollicitudinez de eis
aūt que sunt ignota apud ipsum non potest acq/
rere scientiam ista enim fides licet nō est neces/
sariū vt antecedat eam cognitio agens tū neces
se est vt antecedat eam cognitio preparans ⁊ ce
tera vbi patet istam fuisse mentem. Auerr. sicut
diximus ⁊ ita dicēdū est pariformiter de pꝛophe
tia fm̄ phylosophos. ¶ Ad auctoritatē. Arist.
in libro de bona fortuna pariformiter dicendū
est q̄ deus oīa cognoscit sed nobiliori modo q̄
nos aut quā sint in suo ꝓprio esse ¶ Aut aliter q̄
ille non erat locus discutiendi istā materiam ⁊
ideo ibi loquitur vt erat famosum nam questio
de cognitione dei est nobilissima ⁊ maxime desi
derata ab hominibus vt dicit. Auer. in. coment.
li. xii. metb. ⁊ pertinet ad scientiam diuinā video
contradicentibus auctoritatibus circa hoc hinc
inde magis adhibenda fides est scientie diuine
cuius interest hoc determinare ⁊. n. in simili ē
in. x. ethicoꝝ. cap. x. scribit deū sollicitudinē hr̄e
de sapiēte ⁊ eum amare inquit. n. Qui fm̄ mētē
operatur ⁊ eam colit ⁊ optime dispositus ē ami
cissimus dijs videtur esse nā si dij curam aliquā
habent humanarum reꝝ vt estimatur ⁊ creditur
rationabile est eos gaudere opt mo ⁊ cognatissi
mo tale vero hmōi mens est ⁊ amantibus illaz
maxime honorantibusque fauere tamq̄z reꝝ si
bi charissimaꝝ curatoribus ⁊ recte ac bn̄ agenti
bus quod aūt hec omnia sapienti maxime cōpe
tant non est obscurum dilectissimū ergo deorum
eundemq̄z felicissimuz esse decēs est itaq̄z ⁊ hoc
modo sapiens vtiq̄z erit maxime felix ⁊. Auerr.
scribit in. com. Dixit de eo aūt qui agit per intel
lectū ⁊ fuerit obsequiū eius intellectui ⁊ dispositio
eius dispositio bona vt q̄ sit deum amans val
de ⁊ si quidem cura sit deo de hominibus vt cre
ditur ⁊ debitū est ⁊ sit quidē deus gaudēs de eo
q̄ est melius tūc gaudet de eo q̄ nitit assimilari
ei valde ⁊ hic est intellectus dignus ē ergo hn̄ faciat
eis q̄ amat ipsum plus ⁊ vt honorificet eos ⁊ vi/
sitet ipsos sicut est dispō amici eū amico suo pꝫ
q̄ littera. d. rōnabiliter nā ibi erat in sciā morali
que est via ꝓpria populoꝝ vt scribit. Auerro. in
suo ꝓlogo. i. physi. de socrate cui nō fuerūt apte
vie existimaf vie cōes ⁊ ꝓprie q̄ voluit ambulare
in via ꝓpria populoꝝ. i. moralibus tantuz voluit
insidare iuxta illud. Aristo. in. p̄. metba. socrate
circa moralia philosophante ⁊ de tota natura ni
hil non est aūt necessariū q̄ populus ⁊ rudes in
telligant veritatē sed suffēcit eis psuadere aliqua
principia iuxta que possit bene viuere q̄ ista est
intentio legis latoris vnde. Arist. xii. metba. tex.
comen. l. loquens de caldeis inquit tradita sunt
autem a senioribus ⁊ antiquis in fabule figura
dimissa posterioribus q̄ dij sunt hi videlicet cor
pora celestia ⁊ continet diuinam naturam vni/
uersalem reliqua vero fabulose iā adducta sunt
ad persuasionem multorum ⁊ ad opertunitatez
multorum ad leges ⁊ conferens vnde etiam.
Auerrces in secundo. methap. comen. xiiii. vbi
Aristoteles adducit impedimenta que impe/
diunt intellectum scire veritatem inter que re
dicit fortissimum est consuetudo in pueritia i re
bus legis ⁊ maxime in scientia diuina quia plu
res opiniones illius scientie sunt radices le/
gum ⁊ ponuntur in legibus non ad sciendum

Vulgatissima Est propositio & maximi momenti in phylosophia vnde Auer. iii. de anima. com. iiii. inquit quod illa demostratio in. iii. de anima. adducta ibi per phylosophum fundatur sup duas propositiones. Quarum vna erat qḋ intellectus materialis omnia cognoscit sicut dicit hoc esse per se manifestū. ¶ Secunda autē ꝓpositio est ista quam habemus pre manibus speculandā vz qḋ omne recipiēs est denudatū a nā recepti. Glosatur aūt per. Auerr. in iii celi & mundi in commē. lxvii. isto modo si fuerit aliqḋ subiectū receptiuū oīum formarū oportet absolute & simplr illud subiectū esse denudatū ab oī forma ita qḋ nō sit aliqua illarum nec hīs aliquam ex illis formis quas recipit sibi ꝓpriam sed est indifferenter se hīs in potentia ad oēs formas & ita vt dicit ē prima mā que recipit oēs formas tā pfectas qȝ imperfectas & ideo est denudata ab oī forma qr ipsa de se informis est & est in potentia ad oēm formā vñ nullaȝ hȝ formā substantialē neqȝ vlēȝ neqȝ particularē neqȝ impfectam neqȝ pfectam sicut dicit. Si aūt fuerit aliqḋ subiectū qḋ nō est receptiuū oīum formaꝝ simplr sed quarūdam non opȝ vt dicit qḋ tale sbm careat & sit denudatū ab oī forma simpliciter sed solū debet esse denudatū ab illa forma vel ab illis formis respectu quarum tale subiectum dr̄ esse receptiuū & isto modo elementa que sunt sbā receptiua formarū mixtoꝝ corporum ab illis solūmodo opȝ esse denudata sed nō opȝ qḋ ab omni forma absolute sint denudata qr elemēta remanentia elementa nō possunt eē priuata ꝓprijs formis vñ nisi ita esset tūc nulla ꝓrsus eēt differentia inter ꝑmū sbm seu primā mām & inter sbm sm & materiam scḋam ꝯ Arist. & Auer. ꝑ. phys. in. com. & tex. lxxxii. vbi. Arist. describens in illo tex. materiā inqt Dico aūt materiā ꝑmuȝ sbm vnicuiqȝ ex quo fit aliqd cum insit nō sm accidens. vbi. Com. d. i. intelligo. n. quū dico mām primū sbm qḋ est in potentia non sbm ex quo generaī res & est in actu & gn̄atum ex eo est existens p se & nō per accidens hoc. n. sm subiectū & primū conuenit in hoc qḋ gn̄atum inuenit ex eis per se. Et differunt in hoc qḋ pmū est in potentia & sȝ est in actu. aut modo medio inter potentiā & actum sicut est dispositio in illo qḋ gn̄atur ex pluribus vno sbo. ¶ Glosat ēt. Auer. istam ꝓpositionē in ii. de anima in. com. lxvii. & dicit qḋ est vniuersaliter vera tā in receptione spirituali quā ēt in receptione materiali vñ inquit manifestū est quod non de necessitate illud qḋ mouetur a colore dȝ esse non lucidū sed dȝ esse non coloratū nihil. n. recipit se aut est cā alicuius in recipiendo ipsuȝ & ista est ꝓpositio manifesta p se & Arist. ea multotiens vtitur & indifferenter siue mouere & recipere fuerint spiritualia sicut aer recipit colorē aut materialia sicut corpus mixtum ex lucido & diaphano obscuro recipit colorē. ¶ In tertio ēt de anima ꝓbat veritatem istius ꝓpositiōis isto modo in. com. iiii. dicens sm aūt quod oē recipiens aliquid necesse est vt sit denudatū a natura recepti & vt sua sbā non sit substantia recepti in specie si. n. recipiens esset de nā recepti tunc res reciperet se & tūc mouens esset motū vñ necesse est vt sensus recipiens colorē careat colorē & recipiens sonū careat sono & hec ꝓpositio est vera & sine dubio. ¶ Unde vr̄ eaȝ limitare isto modo quod recipiens dȝ esse denudatū a natura recepti sm speciem quia alias idem reciperet se & mouens esset motū nā in hijs que sunt eiusdē speciei qnid qd per se ꝯuenit vni per se conuenit alteri & ideo si fuerint duo indiuidua eiusdem speciei quoꝝ vnum eēt recipiens alterum pariformiter idem posset recipere se ipsuȝ sicut sequitur & tunc idem esset mouens & motum & p consequens in actu & in potentia vnde paruȝ infra. Comentator in eodem. comen. confirmando istam limitationeȝ scribit vtrum autem hec substantia habeat formam diuersam in esse a formis materialibus adhuc non declaratur ex hoc sermone quasi dicat licet per illam demostrationem. Arist. demostraret intellectum possibilem esse denudatum ab omni forma materiali quia est receptiuū omnium formarum materialium tamen ex illa demostratione nō apparet an sit expoliatus a qualibet forma materiali que ē diuersa a materialibus formis & reddit causam dicens propositio enim dicens quod recipiens debet esse denudatum a natura recepti intelligit a natura speciei illius recepti non a natura sui generis & maxime remoti & maxime eius quod dictum est per equiuocationem idest analogice sicut est substantia & ens & vnum que plerumqȝ ab. Auerro. dicuntur genera multipliciter dicta idest secundum prius & posterius nam de mente eius genus dupliciter dicitur vno modo pro genere vniuoce dicto & istud est genus logicum & etiam dicitur de genere dicto secundum prius & posterius idest analogo vt est videre. v. meth. com. iiii. & primo de anima com. vii. & alibi frequenter vt alias probaui diffusius. ¶ Joānes autem de gandano in tertio ḋ anima in questione. iiii. inquit quod aliquid esse denudatum ab aliqua intelligitur dupliciter. Uno modo secundum esse vt dicimus quod sortes est separatus a. Platone & vniuersaliter sic se habent illa quorum vnum non est coniūctuȝ secundum subsistentiam cuȝ alio. Alio modo intelligitur aliqd esse denudatum ab alio sm quiditatem seu eēntiam sicut cuȝ quiditas vnius non est quiditas & essentia alterius quāuis sint coniuncta secundum subsistentiā vt dicimus quod materia prima est denudata ab omni forma seu actu nō qḋ secundum subsistentiam sit separata ab omni forma sed quia quiditas & essentia materie prime non est quiditas nec essentia alicuius forme vt patet primo phisicorum & sic est in multis alijs consimiliter possibile enim est quod aliqua duo sint sibi inuicem coniuncta secundū esse ita quod sint in eodem loco & eodem subiecto & tñ eēntia vnius diuersa ē ab eēntia alterius vt sciūt paꝝ exercitati i phīa. Arist. vñ iuxta istā

Glosa Auer.

Glosa alia eiusdē.

Declaratio glose Auer.

Opio Jo. de gāda.

solutionē soluit multa argumēta in illa q̄ōne de tactu respectu qualitatū tangibiliū dicēdo q̄ƺ licȝ tactus nō sit denudatus ab ol tāgibili ſm eē sub sistentie tñ ipsa virtus tactiua est denudata eēn tialiter ab ol qualitate tāgibili. Sic. ſ q̄ƺ eēntia ipsius nō est aliqua qualitas tāgibilis: sed ē vir tus alę naturalis fundata in organo habēte quā dā medietatē ⁊ ꝓportionē oīum qualitatū tāgi biliū. Et sic dicit de intellectu q̄ƺ est essentialr̄ denudatus ab oībus formis materialibus ⁊ earꝫ speciebus: quāuis sit coniūctus ſm esse cū mul tis ⁊ forte oībus speciebus itelligibilibus forma rū materialiū. ¶ Et eodē modo rñdet ad illud de visu ⁊ visibili. Dicit. n. q̄ƺ visus nō est separa tus ſm esse ab oībus coloribus sicut bene argue bat vȝ q̄ꝛ oīa mixta colore participant ex libro de sensu ⁊ sensato. Tñ alia ē q̄ddita s visus ab ol colore ⁊ sic denudatus est ſm essentiā licȝ nō ſm subsistentiā ⁊ rursus quilibet visus nō cognoscit colorē sui organi in quo existit. Quāuis forte vi sus vnius aīalis cognoscit vel cognoscere possit colorē organi visus alterius aīalis ⁊ ita breuiter ſm p̄dictū doctorē ꝓpositio nostra que ꝓponit hic locū hȝ isto mō q̄ƺ recipiens dȝ esse denuda tū a natura recepti ſm essentiā ⁊ nō ſm subsistē tiā. ¶ Sed ista glosa Joānis ꝯdicit Comē. exp̄s se in. iij. de aīa com. iiij. vbi dicit q̄ƺ secūda ꝓpo sitio super qua fundat demonstratio Arist. ē ista vȝ q̄ƺ recipiēs dȝ esse denudatū a nā recepti ⁊ vt sua sīa non sit sīa recepti in specie vbi duo si mul iūcta ꝯcurrunt in verificando illam ꝓposi tionē vȝ q̄ƺ recipiens dȝ esse denudatū a natu ra recepti ⁊ hoc quantū ad esse ⁊ q̄ƺ sīa eius nō sit sīa recepti in specie ⁊ hoc quantū ad essentiā. ¶ Amplius si recipiēs ſm esse nō dȝ esse denu datū a natura recepti tunc aliq̄d ſm esse habēs aliquā formā esset rō recipiendi suo sīto ꝯsimilē formā in specie ⁊ sic idē esset mouens ⁊ motū ⁊ in actu ⁊ in potētia ⁊ sic nulla esset ꝓbatio qua vtitur Auer. in verificando illam ꝓpositionem. ¶ Amplius q̄ƺ dicit de tactu nihil est nā mirū est quō nō viderit glosam Comē. in. iij. de aīa in com. iiij. vbi occurrit tacitę obiectioni nā glosa uit Comen. illā ꝓpositionē isto modo ibi vȝ q̄ƺ recipiens dȝ esse denudatū a natura recepti ſm spēm vñ infert ꝓpositio. n. dicens q̄ƺ recipiens dȝ esse denudatū a natura recepti intelligit a na tura spēi illius recepti nō a natura sui generis ⁊ maxime remoti ⁊ maxime eius q̄ƺ dictū est p equiuocationē ⁊ ideo diximus q̄ƺ i sensu tactus inuenitur mediū inter ꝯ̄ria que ꝯprehēdit ꝯ̄ria n. alia sunt in spē a medijs Et mirū est de Joāne quō rñsionem istā que est Comē. in simili argu mento nō viderit vñ sensus tactus nō pōt eē de nudatus a tota latitudine qualitatū tāgibiliū ſȝ genus q̄ꝛ organū in quo ꝯsistit requirit certaꝫ ⁊ determinatā ꝯplexionē que resultat ex actione ⁊ reactione qualitatū primaꝝ in elemētis reper taꝝ que in mixtione diuidunt ad minima vt plu rimū vt vnius ꝯtangat plurimū. Alterius sicut di cit princeps in cap. de ꝯplexionibus ⁊ ideo suffi cit vt sit denudatus ab excellentijs ꝯ̄rioꝝ quas cognoscit ⁊ recipit vnde. ij. de aīa tex. co. cxviij. Equalr̄ calida ⁊ equalr̄ frigida nō sentimus ⁊ ideo bene dixit Auer. in. iij. celi. com. lxvij. q̄ƺ si sīm fuerit simplr̄ receptiuū cuiuslibet formę oȝ illud eē denudatū simplr̄ ab oī forma si vero ſm q̄d ēt sufficit ipȝ ſȝ se ab illa forma eē denudatū. ¶ Ad illō āt q̄ƺ de visu dic Joā. multū decipit Nā Arist. in. ij. de aīa in tex. co. lxxi. inq̄t Est aūt coloris susceptiuum q̄ƺ sine colore soni aūt abso num ⁊ tex. com. lxxxiij. ait quod p se q̄dē in sona bilis aer vbi Comē. in cō ait q̄ƺ quēadmoduȝ si diaphanū haberet colorem nō reciperet colores sic si aer haberet sonos ex se nō reciperet sonos ⁊. iij. de aīa Comē. dicit com. iiij. vnde necesse ē vt sensus recipiens colorē careat colore ⁊ reci piens sonum careat sono. ¶ Sed q̄d fuit in cā q̄ƺ Joānes deceptus fuit. Certe fuit famositas

Cã er rois.

ꝓpositionis quę dicit q̄ƺ oē mixtū colore parti cipat que scribit in libro de sensu ⁊ sensato ſȝ de hac fuit in ꝓprio theoremate late dictū nā color in libro de sensu sumit nimis communiter ꝓ qua libet qualitate visibili sicut est lux sed nō intelli gitur ꝓ vero colore ꝓprie dicto vt est qualitas quedā scōa resultās ex debita cōmixtione luci di cū opaco nō. n. isto modo verum est dicere oē mixtū corpus coloratū esse vñ organū visus siue pupilla siue humor cristallinus fuerit siue nerui obticij vt afferunt medici nō hȝ sic colorē dictū quantūq̄ꝫ tale organū sit aut possit esse lucidū vñ Auer. in. ij. de aīa co. lxvii. in digressione dicit pp verba Arist. in tex. vbi dicit oīs color motiuus ē eius q̄ƺ est ſm actū diaphanū ⁊ hec est eius na tura q̄ƺ manifestū est q̄ƺ nō de necessitate q̄ƺ mo uetur a colore dȝ esse nō lucidū sed nō coloratū nihil. n. recipit se aut est eā recipiendi se: licȝ. n. co lor ꝓprie dictus nō nisi in corpore mixto reperi ri possit nō tñ oē mixtū coloratū est sicut simitas nō nisi in naso repiri pōt nō tñ oīs nasus simus est ⁊ ita est de odore sono ⁊ sapore. Unde orga nū visus in sua naturali dispositione ꝯstitutū est abs color q̄ꝛ alr̄ visus nō bene iudicaret de oībus coloribus vnde manifestat sensata experiētia q̄ƺ vbi ꝯtingit in icteritia egritudine vbi organum visus infectū est ex sparsione colerę q̄ est citrini coloris videmus tales ycterico s iudicare oīa esse citrini coloris ⁊ ita organū gustus in sua na turali dispositione existens caret oī sapore quod experimento. Cōprobatur in infirmis q pp ha bere organū infectū aliquo humore amaro iudi cat ēt dulcia eē amari saporis intus. n. apparēs vt inquit Arist. ꝓhibet extraneū. ¶ Sed dices

Dubi.

pp q̄d ꝯtingit q̄ƺ sensu visus oēs colores ꝑcipi mus sensu aūt tactus nō possumus oēs qualita tes tāgibiles ꝑcipere quēadmodū teste Arist. in. ii. de aīa tex. co. cxviii. equalr̄ calida aut frigida aut mollia vel dura nō sentimus. ¶ Et ad hec ex iā

Solo.

dictis pȝ solo nā organū visus est absq̄ꝫ oī colore tō oīuȝ coloꝝ susceptiuū est ꝯsistētia aūt organi ta ctus a tota qualitatū primaꝝ latitudine expolia ri nō potuit sed solum denudatū est ab excellē tijs eaꝝ est. n. in mediocritate quadam ꝯstitutū ⁊ ideo excessus ⁊ defectus pōt percipere mediū enim vt

n. vt inquit Comen. specie differt ab extremis sufficit aūt sicut dicit vt recipiens sit denudatū
Diffic. ſm speciem ab extremis. ¶ Sed tunc iterū est difficultas contra Auer. Nam. vi. phyſice auſcultationis com. xxxij. ipse distinguit de duplici medio inquit. n. declarando qd̄ sit primum in qualibet transmutatione qd̄ primum naturaliter in transmutationibus que sunt in qualitate manifestum est in coloribus cum bene apparet qd̄ inter colores sunt media finita naturaliter in numero. Et intelligo hic per medium non illud qd̄ diuersatur ſm magis ⁊ minus. Sed illud qd̄ diuersatur ſm formam ⁊ qualitatem. Quonia pallidum non differt ab albo ſm magis ⁊ minus sed ſm qualitatem ⁊ si non essent eiusdem speciei. In gustabilibus autem vr̄ qd̄ ita sit sicut in coloribus. In primis aūt qualitatibus. s. caliditate ⁊ frigiditate vr̄ qd̄ medium sit temperatum. Trāsmutatū. n. in principio cū transmutatur de calido in frigidum. dr̄ qd̄ quoddam est in calido ⁊ quoddam in temperato cum inter calidum ⁊ tēperatum non est qualitas media sed ſm magis ⁊ minus. Quoniam manifestum est per se qd̄ cū transmutatū ammittit partem calidi ⁊ acquirit partem frigidi qd̄ quedam pars eius est in calido ⁊ quedam in temperato quoniam non est calidum ſm totum neq3 temperatum ſm totū. Et consimilem distinctionem de hoc h3 in comento super. iij. metheoroꝝ l cap. de yride vbi dicit qd̄ medium dr̄ ſm duas species vnum eoꝝ est ſ3 veritatem ⁊ prius ⁊ est medium inter duo contraria cuius esse consistit in complexione duarū extremitatum ⁊ ipsum ſm quiditatem est diuersum a duabus extremitatibus. Secundum aūt dr̄ ſm similitudinē ⁊ ſm posterius ⁊ est mediū inter duo contraria ſm quantitatem tantum. vr̄ igitur qd̄ responsio Auer. ad tacitam obiectionem quam dat de tactu respectu qualitatū3 tangibilium non sit ad propositum q2 medium non specie distinguitur ab extremis seu ſm quiditatem ⁊ simpliciter. Sed solu3 ſm magis ⁊ minus
Solo. ¶ Nisi esset qd̄ in tali medio in quo sunt cōtraria refracta per vnum contrariorum potest dici specie distingui ab alio extremo cuius est receptiuum. ¶ Sed tunc insurgit contra eandē glo
Subdif. sam Auer. vna alia difficultas nam si recipiens d3 esse denudatum a natura recepti ſm speciem ⁊ hoc est vniuersaliter verum sicut ipse fatetur in. ij. de anima com. lxvij. de qualibet receptione tam reali quam spirituali tūc igitur materia habens formam substantialem ignis posset illa remanente recipere formam aque aut terre q2 iste forme sicut patet consideranti sunt specie differentes hoc autem minime fieri pōt vt patet in. ij. de generatione ⁊ corruptione vbi agit de modo transmutationis substantialis elementorū ad
Solo. inuicem. ¶ Nisi esset sicut scribit Auer. in. iij. celi ⁊ mundi in com. lxvij. iuxta verba Arist. ibi in textu vbi dicit Sic ⁊ elemēta oportet putare quemadmodum materiam esse compositia: pp qd̄ ⁊ possunt transmutari adinuicem separatis his que ſm passiones differētijs Ubi Auer. exponens dicit. s. q2 forme elementoꝝ non recipiūt seipsas cum sint eiusdem generis. Cōtingit qd̄ non generantur adinuicem: nisi cum recipiens exuit formam ⁊ recipit formam receptā3 ⁊ ideo non sunt elementa ad inuicem ⁊ hoc non ꝯtingit in receptione formaꝝ ꝯpositoꝝ. s. vt denudent a suis formis apud receptiōes formaꝝ ꝯpositoꝝ. Forme. n. ꝯpositoꝝ sunt alie a formis eoꝝ. Forme qdē eoꝝ l3 sint diuerse tñ in eodē ordine sunt in substātialitate. s. qd̄ impossibile est vt quedā sint materie formaru3 quarūdam ⁊ omnia ista manifesta sunt exercitatis in hac scīa. Secundu3 igr̄ istam expositionem oportet illomodo illud dictū Auer. glosare per seipsum qd̄ recipiens ⁊ receptum debent specie differre ita qd̄ non sint eiusdem ordinis in substātialitate precipue in vera transmutatione reali que fit cum abiectione contrarij ⁊ ideo q2 forme elementorū vt sunt in materia sunt cōtrarie vel ſm se vt voluit Alex. Uel ratione contrariarum qualitatum cum quibus existunt in materia sic vnum elementu3 non pōt esse materia alterius. Sed quantū ad intellectū possibilem ista glosa hoc modo intellecta locum non habet videlicet quod intellectus possibilis habens speciem vnius elementi non potest recipere speciem alterius quia videlicet elementa sunt eiusdem ordinis in substantialitate ⁊ ratio est ista quia forme que contrariantur in materia non contrariantur in intellectu. Unde Com. vi. prime phylosophie com. vltimo inquit Et intendebat per hunc sermonem declarare diuersitatem duorum entium. s. entis quod est in intellectu ⁊ entis quod est extra intellectum. Quod n. est in anima contingit vt recipiat duo opposita insimul: quod non potest esse extra animā3 q2 materia recipit contraria successiue ⁊ causa in hoc quod intellectus comprehendit insimul duo opposita est q2 natura primoꝝ oppositoꝝ in intellectu. s. veri ⁊ falsi nō est natura primoꝝ oppositoꝝ extra alam. s. boni ⁊ mali. verūm veꝝ ⁊ falsum sunt in cognitione ⁊ bonū ⁊ malū est in mā ⁊ nullū entiū que sunt l cognitione dr̄ eē simplr̄ ſm qd̄ est extra alam ⁊ pp hoc noli mirari q2 l3 ista ꝑpositio vera sit tā in receptione spirituali quā et in receptione materiali q2 tñ iste receptiones sunt multū differentes ⁊ precipue receptio spiritualis que est in intellu ⁊ receptio realis q̄ est in prima mā vt scribit Comē. iij. de ala co. xxviij. Mā nō est eā receptionis simplr̄ s3 eā receptionis trāsmutabilis. s. receptionis huius entis indiuidualis vr̄ necesse est vt illud qd̄ nō recipit receptione indiuiduali nō sit materiale aliquo modo. Et pp hoc aliqua sunt necessaria ad verificandū illā ꝑpositionē in receptione māli que fit cū vera actione ⁊ cū abiectione ꝯtrarij que nō sunt necessaria ad verificandū illā in receptione spirituali. ¶ Sed tunc insurgit. Alia
Diffic. difficultas ꝯ Arist. ⁊ Auer. Nam non vr̄ esse verum qd̄ in receptione spirituali recipiēs d3 esse denudatū a natura recepti q2 ibi nō est necessariū vt mouēs sit distinctū a re mota sic scribit expresse Comen. in. viij. physicoꝝ comē. xl. vbi h3

Materia nō ē ca receptionis simpl. s3 huius entis Indiuidualis:

dis cum ferro cāt ur. ❡ Propositio ēt famosa q̄
dicit idem est subiectū motus & termini motus
vera est de termino intrinseco nō de termino ex
trinseco motus nam generatio substantialis est
terminus extrinsecus alterationis vt dicit. Com.
vi phys. com. xxxii. & tamen subiectū gn̄ationis
est materia que est ens in potentia & subiectum
alterationis est ens in actu. s. ipsum ꝯpositum sic
n. Arist ex subiectis posuit differentiā inter mo
tū & gn̄ationē. tex. co. viii. l. v. phy. nā qđ gn̄atur
nō est & qđ mouetur est. ❡ Vbi manda memo
rie quod hoc est verum de subiectis ꝓximis ta
men noli existimare quod subiectū alterationis
sit aliud a subiecto gn̄ationis substantialis sicut
notabiliter monuit nos. Auer. in ꝑ de gn̄atione &
corruptione in. com. ꝑ vbi sic scribit in calce. co/
mēti & nō debet aliqs dicere qđ sbm̄ l alteratio
ne aliud ē a sbo in sba q̄n quō ꝯtingeret vt sbo
i sba ablato vt sbm̄ l alteratiōe auferat sbm̄. n. al
terationis non est ei subiectum nisi etiaꝫ inquā
tum est subiectuꝫ in substantia & ideo istud quod
Arist. dedit in alteratione dedit etiam in substā/
tia. ❡ Propositio etiā ex. viii. phys. text comē.
xxxv. allegari

xxxv·allegari solita omne quod per se moue/
tur a motore extrinseco corporeo non moue/
tur nisi a motore moto vera est si ille motor ex/
trinsecus habeat in se per se motum quod dico
pp elementum quod per se mouet medium ta/
men ipsum est per accidens motum ad motum
medii sicut nauta in naui et ratio est qz elementū
non habet partem intrinsecam in actu que possit
per se moueri vnde teste·Auer·in·viij·phy.com.
lxxi.elementa posita in vacuo non possent moue
ri qz non diuiduntur in partē per se mouentem
et in partem per se motam et aduerte in talibus
corporibus simplicibus dum mouentur de potē
tia accidentali seu violenta idem numero est su
biectum quod est in potentia ad motuz cum eo
quod actu mouebitur ita quod potentia et actus
sunt in eodem numero subiecto sed dum moueu·
tur de potentia essentiali in alio subiecto est po/
tentia et in alio est actus verbi gratia si ignis ge
nerandus ex oleo debet moueri superius de po
tentia essentiali solis potentia fundatur in oleo
ex quo a generante debet transmutari et moue/
ri ignis sursum sed motus sm actuz erit in igne
qz generans dans formam dat accidentia con/
comitantia formam mediante tamen forma vn/
de propositio famosa que dicit quod forma exi/
stens in subiecto non agit in subiectum suum fal
lit in motu locali et fallit in motu spirituali ve/
ra est de actione alteratiua que fit cum abiectio
ne zrarii de distinctione illa et differentiis de du
plici potentia vide clare·Auer.in·viij·phy·com.
iiij·contra·Iohānem gramaticum. ❡ Proposi/
tio etiam que allegari solet ex primo de ala tex.
com·xl·quod naturaliter mouetur violenter mo
uetur locum habet vt glosat ibi·Comē.in motu
recto fallit autem de motu circulari nam celum
naturaliter mouet motu circulari et tamen nullo
modo potest moueri violenter Ita etiam glosat
Com·illam propositionem in secundo celi et mū
di l·com·lxxxiiij.vbi animaduerte quod omnes
etiam huiusmodi propositiones videlicet omne
corpus sensibile habet vbi et omne corpus sensi/
bile hz locum naturalem et inaturalem et locus
partis naturalis est idem numero cum loco to/
tius omnes huiusmodi propositiones habent
veritatem in mobilibus motu recto et in moti/
bus qui sunt ex se non ab extrinseco false autez
sunt in celestibus glosa est·Comen·tertio·physi.
comē.xlviij·Similiter ꝓpositio illa corpora sim
plicia mota sunt contraria vera est de hiis que
mouentur motu recto glosa est·Auerr·iii·physi.
com·xlix·et eodem modo est intelligenda propo
sitio dicens quod motus naturalis intenditur
in fine in mobilibus motu recto natura enim se
re equiuoce dicitur de generabilibus et de cor/
poribus celestibus que mouent circulariter vt
pz primo celi·com·v· ❡ Propositio etiaz famo
sa que dicit motus est ab imobili et solet allega/
ri ex libro de motibus animalium et etiam ex ter
tio de anima·tex·com·lv·veritatem habet vt in/
quit dominus·Albertus in quarto·physi·in di/
gressione super.tex·comē·xliii·in motu anime et
intelligētie fallit aūt in motu naturali qz motus
ille non ꝓcedit ab imobili sed a generante bene
tamē talis motus terminatur ad imobile quod
est locus eius sed secundum istam glosam. Al/
berti videtur quod illa intelligitur in genere cau
se efficientis ita quod causa efficiens motus sit
imobilis· ❡ Et ista non videtur fuisse sententia
Aristo·in libro de motibus animalium et etiam
in tertio de anima imo videtur quod hoc sit in
genere cause materialis quia in omni motu re/
quiritur aliquid fixum et imobile circa quod fi/
gatur motus vnde ibidem·Aristo·inducit aucto
ritatem homeri dicentis quod omnes dii non
possent terram a suo loco extrahere quia in mo
tu celi requiritur aliquod fixū nam vltima sphe
ra locatur per centrum et·Coment·in·viij·physi.
com·lxxxiiij·expresse dicit super verbis·Aristo.
ibi dicētis necesse est aut in medio aut in circulo
esse hec enim principia sunt hec enim duo sunt
principia totius secundum quod totum est sphe
ricum medium quidem est principium secundū
quod super ipsum est motus circumferentia ve
ro quia ex illa est initium motus et declaratum
est in libro de motibus animalium secundum lo
cum quoniam omne quod mouet habet corpus
quiescens circa quod voluitur et quod virtus
quiescentis debet esse firmior virtute illius qđ
mouetur et si aliter esset totum expelleretur exi/
stentia ergo mundi huius his duabus virtutibus
perficitur scilicet virtute quietis et virtute mo/
uendi que est contraria illi et inueritate si inspi/
ciatur processus·Arist·in illo libro et in tertio de
anima·tex.com·lv·ista est mens eius sine dubio
quod in omni motu requiritur aliquod fixum
circa qđ versetur et appodietur motus· ❡ Pro
positio etiam famosa que dicit quod omne quod
mouetur ad omnem differentiam positionis est
animatum sic limitari debet et suppleri videlicet
aut est instrumentum deseruiens anime preci/
pue apud tenentes calorem naturalem et spiritū
non esse formaliter animatum cum tamen mo/
ueatur ad omnem differentiaz positionis ab ala
et secundum quod exigunt anime virtutes et ope
rationes et sic etiam glosari solet propositio phi
losophi in septimo physi.tex·co·x·vbi enumerat
motum vertiginis inter motus violentos vera ē
ꝓpositio si talis motus cōparatus fuerit ad mo/
torē qui est natura fallit aūt propositio si compa
retur ad motorem qui est anima nam anima est
supra naturam et intellectus supra animam et
deus supra intellectum vnde anima ad diuer/
sos potentiam habet motus et differentias mo/
tuum· ❡ Propositio etiaz famosa que dicit qđ
omne quod mouetur partim est in termino a quo
et partim in termino ad quem vera est in veris
motibus fallit in mutationibus subitis et instan/
taneis et si vniuersaliter vera esse debet tunc opz
assumere nomine motus totuz aggregatum ex
motu vero preuio et ex subita mutatione qñquidē
tales instantanee mutationes sunt fines motuuz
et finis rei non inueniri potest sine re cuius est
finis glosa est Auer·in·vi·physi·com·xxxii·

propō. cxx.

¶ Natura determinatur ad vnum

Extrahitur Ista propositio ex nono prime phylosophie textu comenti .iij. vbi Arist. ponit differentiaʒ inter potentias rationales ⁊ irrationales nam potentie rōnales sunt ad opposita irrationales autem sunt ad vnum ⁊ intelligitur de potentijs actiuis quia vt bene scribit Auerr. in secundo physicorum comen. xlviij. non datur contingens ad vtrumlibet in potentijs actiuis naturalibus quia natura eius est natura materie Non intelligitur autem propositio quod natura determinetur ad vnum producibile sed ad vnū modum producendi quia videlicet non est principium indeterminatum respectu oppositorum sicut est voluntas vbi aduerte quod ratio allegatur ibi quare potentie rationales sint ad opposita quia eadem est scientia contrariorum vbi Auerr. reddit causam dicens iuxta textum quare agens rationale agit duo contraria ⁊ est quia agit per scientiam ⁊ quia scit duo pͣtraria ideo agit duo contraria quia scientia contrariorum est vna ¶ Et ex hoc nota qḋ aliqui glosant istā propositionem isto modo quod scientia contrariorum est vna subiectiue quia intellectus est subiectum omnium scientiarum. Sed ex prefata auctoritate Arist. ⁊ Auer. elicitur quod vna est scientia de contrarijs obiectiue quia contraria sunt obiecta consideranda ab vna ⁊ eadem sciētia sicut enim vnus est visus albi ⁊ nigri ⁊ lucis ⁊ tenebre ⁊ idem auditus soni ⁊ silentij secūdo de anima tex. com. cxx. ⁊. cxliiij. Sic vna est sciētia sanitatis ⁊ egritudinis ⁊ vna est scientia virtutis ⁊ vitij ⁊ illa propositio habet veritatem de vere contrarijs. Nam est instantia substātia enim corporalis quiditatiue pertinet ad naturalem sed incorporea ad diuinum.

Vna ē scīa ꝯ/triorum.

propō. cxxi.

¶ Nihil agit vltra suam speciem.

Nagatur Per scolas ista propositio sed est falsa si absolute intelligatur miscibilia enim in mixto agunt ad actum mixti qui est preter actum miscibilium vt patet ex septimo prime phylosophie tex. com. vltimi vbi dicitur quod caro non est ignis ⁊ terra ex primo ⁊ secundo de generatione ⁊ corruptione. Si vero intelligatur de actione simplicium adhuc est falsa quia simplicia non semper agūt in simplici virtute. Sed quandoqꝫ agunt in virtute sua ⁊ in virtute celi ⁊ in virtute anime vt patet in secundo de anima textu comenti. xli. contra empedoclem Iam autem supra diximus qḋ actio alicuius quando ipsum sit instrumentum specie variari potest a sua propria actione qua agit tamquaʒ agens principale. Licet igitur simplicia in virtute propria agentia non agant vltra propriam speciem quando tamen agunt in virtute superioris agentis cuius ipsa sunt instrumēta tunc vltra propriam speciem agunt limitari autem potest propositio famosa isto modo quod vera est de agētibus in virtute propria vnde virtus informatiua existens in semine licet non sit animata in actu producit inde animatum quia est instrumentum rememoratum ab animato videlicet a celo. ¶ Fallit ēt in accidentibus eadē ratione quia idem est agens disponens materiam ⁊ inducens formam sed non virtute propria vt diximus quia agit sicut instrumentum. ¶ Fallit in agēte remoto ¶ Fallit i agēte p accidens ⁊ a casu vide pro hijs septimo prime phylosophie comento. xxxi. Vbi scribit quod omne mixtum cum materia fit a mixto cum materia per hoc datur intelligi quod propositio tenet de agente propinquo ⁊ per se agente vide in duodecimo prime phylosophie comento. xxiiij. istas tres conditiones ex mente Alexandri vbi scribit Comentator quod ista propositio conueniēs sit a conuenienti verificatur tribus conditionibus: scilicet vt sit in agente non instrumento. Et in propinquo non remoto Et in agente essentialiter non accidentaliter. Aduerte tamen vnum annotatione dignum quod agens debile quando agit in materiam passibiliorem magis ⁊ manifestius agit quam si ageret agens fortius in materiaʒ difficilis passibilitatis vt scribit Auerroes super secundo de generatione animalium Et consimilem sententiam habet in secundo metheororum capitulo secundo vbi agit de ventis inquit enim Non est impossibile vt agens debile faciat in vno met loco actionem maiorem actione agentis fortis ⁊ hoc propter diuersitatē subiecti in dispositione seu preparatione.

propō. cxxij.

¶ Scientia quelibet speculatiua aut est naturalis aut mathematica aut diuina.

Scribitur In sexto prime phylosophie textu comenti. ij. glosatur tamen per Auer. de scientijs cogitatiuis ix. methaphysice comento vltimo ⁊ tertio de anima comento. xxxvi. nam scientia illa que secundum fictionem eius habet per intellectum adeptum currit alio cursu ⁊ ex hoc soluitur quoddam argumentum fieri solitum contra phylosophum de insufficientia scientiarum quandoquidem cognitio quiditatiua intelligentiaꝫ secūdum proprias rationes est quoddam scibile ergo pertinet ad aliquam sciētiam non ad naturalem neqꝫ ad mathematicam sicut patet nec ad scientiam diuinam traditam a phylosophis quia in hac sciētia nō cognoscunt quiditates

quiditates intelligentiarum sub proprijs conceptibus sz subceptibus träscédétibus diceret.n. Auer. ad hoc argumentum quod talis contemplatio quiditatiua illo modo pertinet ad methaphysicam sub rationibus transcendentibus vel sub aliquo côceptu aggregato ex talibus sed cognitio ipsarum in propria forma non pertinet ad aliquam scientiaz ex hijs que acquiruntur p discursum sed habetur alio modo vz per intellectum adeptum ꝛ ita non opz ponere quartû genus scientie speculatiue ꝛ sic soluitur argumentuz quod. Scotus reputat. Achilles in prima.q. primi methaphi. ſm Theologos aût nostros in ꝓlogo primi sententiarum dicitur quod illa diuisio scientiarum posita per philosophum in.vi. prime philosophie locû habet de sciétijs humanitus inuentis nam vltra illas oportet ponere vnam super naturaliter inspiratam ꝛ ista est sacra. Theologia.

ℂ Sensus non decipitur circa proprium obiectum.

Allegari solet sepe ex secûdo de a[n]i[m]a. tex. com. lxiij. vbi aduerte quod. Auerr. ibidem glosat illam propositionem isto modo videlicet quod sensus in maiori parte circa sensibile proprium non errat. Themistius autem ibidem ponit tres conditiones in secundo de a[n]i[m]a. cap. xxi. ꝛ est super expositione. tex. com. lxiii. inquit propria. s. sensibilia sunt que a ceteris sensibus dignosci nô possunt ꝛ circa que nec temeritas nec allucinatio sensuum cadit si natura integre incorrupteqz indicet nec causa sit que extrinsecus obstrepat nec positura obsistat nec itercapedo aut recessus officiat falli enim aspectus nequit circa rem visibilem si mundus ꝛ ꝓbus oculis habeatur si serenum sit si inter sitio iusto colores abscesserint vult ergo quod circa sensibile propriuz in debita distantia approximatû stante puritate organi ꝛ debita medij dispositione nô contingit sensum errare in hoc aût apparet manifesta differentia inter sensum ꝛ intellectum qz intellectus circa comunia non decipitur sed magis circa ꝓpria sensus autem se habet opposito modo.

ℂ Semper honorabilius est agês patiente ꝛ principium materia.

Scribitur ꝛ allegari solet frequêter ex tertio de anima. tex. comen. xix. vbi. Arist. comparat intellectum agêtem intellectui materiali glosari autem consueuit de passo correspondente ipsi agenti qz nô oportet absolute qđlibet agens nobilius esse quolibet passo nam certum est quod sensitiue anime virtutes sunt passiue vt patet in secundo de anima tex. co li. virtutes autem anime nutritiue sunt actiue non tamen dicimus illas esse nobiliores simpliciter virtutibus sensitiuis vnde. Arist. qz iam probauerat quod in omni natura in qua est vnû quod est omnia fieri oportet dare a terum quod est omnia facere sic tale quod est omnia facere qđ correspondet illi quod est omnia fieri oportet quod sit prestantius illoꝛ ita in natura anime qz vt inquit. Comê. ibi in comê. qz anima est vnum entium naturalium ꝛ scientia de anima est naturalis ꝛ datur ibi intellectus possibilis qui est omnia fieri oportet quod etiam detur intellectus qui est omnia facere ꝛ talis est prestantior intellectu possibili ꝛ similiter qz materia prima est omnes forme materiales in potentia oportet qđ sint in actu in primo motore vt dicitur. xij. methaphi. com. xviij. ꝛ ille est longe prestantior materia vt patet vbi animaduerte quod semper in bona comparatione cetera debent esse paria excepto illo inquo est comparatio non enim quelibet potentia actiua debet côparari cuilibet passiue sed sibi correspondenti dantur enim materie proprie sicut ꝛ forme non. n. quodlibet ex quolz fieri pôt sed determinatum ex determinato sic enim in simili glosatur famosa propositio philosophi in. viij. physi. tex. com. lxxv. eternum ꝛ incorruptibile est prius natura ꝛ tempore ꝛ perfectione generabili ꝛ corruptibili veritatê enim ceteris paribus continet videlicet comparando actum ad actum ꝛ potentiam ad potentiam non comparando potentiam ad actum nam prima materia est eterna ꝛ forma est generabilis ꝛ corruptibilis ꝛ tamen forma est prestantior materia vt patet in. vij. prime philosophie. s. tex. com. vij. ꝛ secundo. phy com. iiij. ꝛ similiter glosatur alia famosa propositio que solet allegari ex tertio de anima. com. xxxvi. ꝛ ex secundo de anima tex. com. xxiiij. videlicet quando aliqua duo concurrunt ad constitutionem alicuius tertij quorum vnum se habet vt materia ꝛ aliud vt forma quod se habet vt forma est perfectius eo quod se habet vt materia vera est si sunt eiusdê ordinis puta si ambo fuerint substantie aut ambo fuerint accidentia sed vbi sunt diuersorum ordinum non tenet nam certum est quod obiectum in scientia se habet vt materia ꝛ modus considerandi se habet vt forma nam idem obiectum secundum materiam sub diuersis modis considerandi ꝛ sub diuersis abstractionibus potest spectare ad diuersas sciêtias vt dicit. Com. in secundo physico. com. lxxi. ꝛ tamen perfectio scientie magis attenditur circa nobilitatez obiecti quam circa modû considerandi inquit enim Aristo. in libro primo de partibus animalium capitu. v. quod melius est habere topicam cognitionem de substantijs separatis a materia quaz demonstratiuam de istis materialibus ꝛ dat exemplum de pulcra muliere quod longe magis delectat pulcherrimaz inspicere mulierum

q̄ alterius oīa per tractare membra ꝛ ita ēt sen
tit. Auerr. in. ij. celi ꝛ mundi in. comē. lx. vbi hꝫ
de demostrationibus inductis de illis questioni
bus qḋ quāuis non sint demostrationes pfecte
fidei tñ qꝛ subiectuꝫ eaꝝ est valde nobile sunt no
biliores illis modicum. n nobile nobilius ē mul

dubiū.

to ignobili. ¶ Sed tunc est difficultas nam tūc
sequeretur quod sensibile esset prestantius sen
su qꝛ agit in sensum ꝛ est agens ꝑportionatum
correspondēs sensui ¶ Nisi esset qḋ nō incōue

Solo.

nit idem respectu eiusdem sub vno respectu esse
prestantius illo qḋ tñ simpliciter de inde est in
perfectius sicut brutuꝫ rōe qua sanum est prestā
tius hoīe ratione qua eger ꝛ vt inquit sapiēs Sa
lamo melior est cāis viuuꝫ leone mortuo ita pa
riformiter si sensus comparetur sensibili ratiōe
q̄ recipit spēm ꝛ mouetur ab obiecto sub illo re
spectu quo patitur sensus ꝛ obiectum agit est im
perfectior sensibili tamen absolute sensus est no
bilior sensibili qꝛ perfectissima operatio eius
excellit perfectissimā operationē sensibilis ꝛ hoc
a signo arguēdo Et animaduerte hic vnū anno
tatione dignum qḋ non est credendum qḋ vir/
tutes sensitiue sint pure passiue ita qḋ nullo mo
do agant nam lꝫ sensus particularis qꝛ materia
lis est hñs particulare proprium sensibile mate

Uirtu
tes sen
sitiue
nō sunt
pure
passiue

rialiter obiectum extra maxime ꝑ se patitur a
sensibili ꝛ minime agit ꝛ ideo dr̄ qḋ sensus ma/
xime in patiēdo perficitur aliqd tñ agit cū. n. ab
obiecto patitur in recipiendo conuertit se super
ipsum in cognoscendo ipsuꝫ sicut pꝫ in visu ꝛ au
ditu ex hoc qḋ quāuis obiectum per spēm suaꝫ
agit imprimendo se organo ex hoc non videt ꝛ
audit homo nisi vis visiua vel auditiua ad perci
piendū obiectum per motū spēi se conuertat ad
obiectum ꝭm quod dicit pħus in libro de sensu ꝛ
sensato qḋ ad alia fortiter intenti delata sub ocu
lis non videmus Nec potes dicere qḋ talis reci
piendo videt lꝫ interiori virtute non iudicat qm̄
ꝛ si dormienti apertis oculis lux esset pñs ipsa
organo imprimeretur ꝛ tñ nihil videret qꝛ vis
particularis visus ligata est ꝛ tñ patitur cuius
signuꝫ qḋ magno splendore oculis impresso vi
passionis excitatur ꝛ tunc primo videt qḋ ēt pꝫ
in dormientibus qui non audiunt paruos sonos
ēt auribus impressos ꝛ cum magno strepitu ex
citantur ꝛ fuit sententia solēnis doctoris Henri
ci de gandauo in quolibeto secūdo questione. vi.
ꝛ videtur mihi quod ista etiam fuerit mens.
Auer. nam in secundo de anima in. comē. cxxv.
inquit quod. Arist. opinatur quod sensuum qui
dam sunt in. cap. relationis ꝛ quidaꝫ sunt in. cap.
actionis ꝛ passionis per se ꝛ accidit eis relatio ꝛ
in. comen. cxliij. scribit clarius declarando istaꝫ
sententiam ponens documentum super verbis.
Arist. ibi in. tex. dicētis quod auditus est aliqua
proportio ꝛ non dixit proportio simpliciter qꝛ
existimatur quod ista proportio quamuis sit in
capitulo relationis tamen est proportio agens
ꝛ proportiones in eo quod proportiones non
sunt agentes sed in eo quod qualitates sensus
igitur numeratur in relatione vno mō ꝛ in qua/
litate alio modo ꝛ sic intelligitur.

¶ Quecumqꝫ eadem generatione
generantur ꝛ eadem corruptione
corrumpuntur sunt eadem realiter.

propō.
cxxv.

Ex quarto ꝑme phi
losophie
tex. com. iii. allegari solet hꝫ
tamē sic limitari de illis que
eque primo generantur alꝭ
sequeretur qḋ quantitas ꝛ
substantia ꝛ propris passio
ꝛ subiectum essent vna res
qḋ tamen cōiter non teneri solet vnde animad/
uerte quod ista propositio locū nō hꝫ de his que
simul tempore generantur verum ēt que gene/
rantur simul ꝭm nature ordinem vnde lꝫ substā/
tia ꝛ quantitas terminata simul tempore gene
rant ꝛ corrūpuntur tñ nō sunt simul natura qꝛ ꝑ
Auer. in illo libro de substantia orbis quantitas
terminata aduenit posterius nō tempore sed ꝭꝫ
esse. i. ꝭm naturam substantie composite. ¶ Sꝫ

Solo.

tūc est maxima difficultas contra istam glosam
nam tunc ꝓbatio. Arist. ibi non procederet de en
te ꝛ vno nam vnitas est passio entis ꝛ per conse
quens non simul naturā generatur passio ꝛ su/
biectum. ¶ Ad hoc ego dico salua pace alr̄ sen

dubiū.

tientium nam scio qḋ viri magni oppositum te
nent quod non fuit de mente. Arist. ꝛ sui. Comē.
Auerr. quod vnitas sit passio entis sicut late di/
sputaui in. Com. meis super. vij. prime phie ꝛ su

Cōtra
ponen/
tes qḋ
vnitas
sit pas/
sio ētis

per formalitatibus nec reperitur locus in doctri
na. Arist. ꝛ. Auer. vbi dicatur quod vnū sit passio
entis lꝫ. Auicen. dicat illud vnde vbiqꝫ locorum
vniformiter videt Arist. loqui de ente ꝛ vno ꝛ
ne videamur ista gratis dicere. Arist. in. iiii. pri
me. phie. in tex. com. iii. dicit qꝫ ens ꝛ vnū signifi
cant eandem naturam sed nō ꝭm eandem rōeꝫ
sicut principium ꝛ cā que dicunt eandē naturā
sed rō principii est negatiua qꝛ dicit negationē
essendi ab alio qꝛ principio nō datur prius qꝛ de
rōne principii est primum esse vt dicit. Aristot.
in. v. metha. rō aūt cause est positiua qꝛ est ab illa
aliud esse causa enim est ad cuius esse sequitur
aliud ita pariformiter vnum nō ponit supra ens
aliquam naturam aut proprietatem positiuam
vt tenuit. Auic. ꝛ. scotus sꝫ vt dicit. Auerr. i libro
destructio destructionū in disputatione. iii. in so/
lutione. xiiii. dubij non debet intelligi de vnitate
entis nisi significatio priuatiua ꝛ ita ēt dicit. iiii.
metha. com. iii. ¶ Amplius in eode. tex. comē.
iii. Arist. expresse dicit qḋ substātia vniuscuiusqꝫ
rei est vna sicut ꝛ ens ꝛ. Auerr. ibi in. comē. dicit
qḋ vna queqꝫ substantia est vna essentialiter vbi
vniformiter comparatur ens ꝛ vnum ad vnum
qḋqꝫ ꝛ cōfirmatur qꝛ. Com. arguit ꝯtra. Auicē.
ponentem ens ꝛ vnum eē dispositiones accidē/
tales sup additas essentie ꝛ eodem medio cōclu
dit qḋ quemadmodū vnaqueqꝫ res ꝑ se est ens
ēt ꝑ se est vna qꝛ aliter vt deducit esset ꝓcessus
in infinitum

in infinitū pz aūt quod nisi esset eadē perseitas in vtraqz premissa argumentū eius esset sophisticum ꝛ in quatuor terminis. ¶ Amplius ibidē Arist. tex. com. v. hz qđ vnius inquantū vnum ꝛ entis inquantū ens eedem ſm se sunt passiones ¶ Amplius. x. metha. tex. com. vi. habet qđ ens ꝛ vnū equaliter dicuntur de oībus ꝛ idem hz in tex. com. vii. ꝛ. in. te. com. viii. dicit quod equalr assequunt cathegorias ens ꝛ vnū vz qđ sicut ens diuiditur in decem predicamenta sic ꝛ vnum ꝛ. Com. in. com. dicit quod vnum diuiditur in decem predicamenta ꝛ dicitur multipliciter sicut ꝛ ens vñ sicut ens est genus analogū ad decem predicamenta eodem modo ꝛ vnum vnde sicut est predicatio superioris de inferiori qñ ens predicatur de decem predicamentis ita ēt ē de vno nā substātia vnius cuius que rei est vna essentialiter sicut est ens vt dicit expresse phus ꝛ. Com. iiii. metha. tex. com. iii. ꝛ ideo non possum nō mirari de. Johāne scoto ꝛ de sequacibus ꝛ de multis aliis viris illustribus tenentibus vnum esse passionem entis ꝛ predicari de ipso ꝛ de inferioribus ad ens in secundo modo dicendi per se ꝛ id quod fuit in cā qr deuenerint ad illaz opionē qz isti in scīa diuina imitati sunt. Auic. ꝛ. Auer. tertio de aīa. com. xxx. dicit qđ nullibi ita errauit. Auicen. sicut in metha. Auicen. aūt vt scribit Auerro. iiii prime philosophie. com. iii. ꝛ. x. metha. com. viii. multipliciter errauit circa hoc ꝑ. n. opinatus est qđ ens ꝛ vnū dicunt accidentia sup addita essentie ꝛ causa erroris fuit q: nō distinxit inter ens quod ē tāqz genus ꝛ inter ens quod significat verum ens. n. quod significat verum est accidens ꝛ ens quod significat genus significat vnumqđqz decem predicamentorum multiplr vnde. v. metha com. xiiii. scribit Auer. debes scire quod hoc nomē ens quod significat essentiam rei est aliud ab ente quod significat verum ꝛ ideo expositores diuersantur in quesito simplici. s. dicere vtruz aliquid est in secundo topicorum vel vtrum collocetur in questionibus accidentis aut generis qui enim intelligit de ente illud quod est commune decem predicamētis dicit quod collocatur in questionibus generis ꝛ qui intelligit de ente illud quod intelligitur de vero dicit qđ collocatur in questionibus accidentis ꝛ in libro destructio destructionum in solutione. iii. dubii inquit nomē entis dr dupplex vz dicitur de vero ꝛ de opposito priuationis ꝛ hoc est qđ diuiditur ad decē predicamenta ꝛ est eis tamēqz genus. ¶ Alius error. Auicen. fuit qđ credidit qđ vnū quod est sinonomū enti est idē cum illo quod est principium numeri ꝛ quantitatis ꝛ qz tale vnum numeratur in accidentibus existimauit quod vnum qđ significat oīa predicamenta est accidēs Scotus aūt in aliquibus cōcordat cum. Auicē. ꝛ in aliquibus discrepat naz qz tenet vnum esse passionem entis ꝛ dicere aliquam rationem positiuā ex nā rei conuertibilez cum ente in hoc discrepat ab. Auer. ꝛ tenet cum Auicen. discrepat aūt ab. Auicenn. ꝛ concordat cum. Auer. qz apud ipsum ꝛ suos sequaces non est idem vnum quod conuertitur cū ente ꝛ quod est principium quantitatis ꝛ numeri necqz tenet quod ens ꝛ vnum sint dispositiones accidentales super addite essentie vt tenuit. Auicē. tu aūt animaduerte ꝛ considera qz multe sunt vie istis temporibus multum remote a veritate ꝛ a sincera philosophia. Arist. ꝛ vnusquisqz confidit in ꝓprio ingenio mihi aūt satis fuerit excitare intellectus nobiles ad perscrutationem veritatis qz non decet phm esse addictū alicui vie ꝛ dimictere rōnes isti n. rectius philodoxi nuncupātur qz phi semp aurea illa. Platonis in phedone sententia mihi i similibus casibus occurrit Nullū inqt malū maius hominibus contingere potest quā si rationes odio habuerint.

propō. cxx vi.

¶ Intellectus ꝛ intellectum ꝛ intellectio sunt idem in abstractis a materia.

Famosa est auctoritas ꝛ solet allegari ex tertio de aīa. tex. comē. xix. vbi. Arist. loquens de intellectu agente inqt idē aūt est ſm actū scīa rei ꝛ cōsimile hr ibidē in. tex. com. xxviii. vera tū est propositio in intelligentiis que in intelligendo nullo modo dependent a corpore nec vt a subiecto nec vt ab obiecto vñ presens propositio veritatem non hz de intellectu nostro possibili qui in intelligendo dependet phantasmatibus siquidem opz intelligentem a phantasmata speculari vt dr in tertio de aīa. tex. comē. xxx. ꝛ. xxxix. glosa est. Auerro. in eodem. comē. xix. super hoc inquit enim ꝛ innuit vt reputo aliquid proprium intellectui agenti in hoc in quo differt a materiali. s. quod in intelligentia agente scīa in actu eadem est cū scito ꝛ non est sic in intellectu materiali cū suū intellectū est res que non est in se intellectus consimilē sniam hz. Com. in. xii. meth. com. xxxix. vbi inquit intells ꝛ intellectū ꝛ intelligens reducuntur in vnū ꝛ non differūt nisi ſm respectum dispositionū intellectus. n. inquantuz intelligit intellectū dicitur intellectum ꝛ inquantum intelligit per se. i. per suam essentiam dicit quod intellectio ipse est ipse intellectus econtrario illi quod intelligit per aliud ꝛ hoc vt reputo addit. Com. pp intellectum possibilē qui intelligit p aliud idest per species alioꝝ vt pz tertio de aīa. tex. com. viii. ex cognitione. n. alterum deuenit in sui cognitionem ꝛ hic iterum expresse patet quod scīa nostra non est idem cum substantia intellectus nostri cuius oppositum quidā tenuerunt consimilem sententiam hz. clare. Com. in libro destructio destructionum in. disputatione. v. in solone. ii. dubii. vbi inqt ipsi. s philosophi. opinati sunt quod forme sunt inscientes pro vt consistunt in materia ꝛ si forte inueniretur aliqđ in materia non consistens manifestū est quod est

pura scia ⁊ hoc patefit apud eos ol ratione ipsi.n. reperierunt formas naturales aliquo modo se/paratas a materia ⁊ sunt pura scia ⁊ itellectus ⁊ intells nō ē aliud in eēntia a formis rerum a ma teria separatarum vnde postq̃ res que de ipsaꝝ naturis non separātur sic se hñt quanto magis ille que de natura earum continue separantur digniores sunt quod sint purus intellectus ⁊ pu ra scientia ⁊ qꝛ rerum intelligibilis eadem sunt quod reruꝫ veritates ⁊ intellectus non est aliud nisi compꝛehensio intelligibilium erit in nobis intellectus ⁊ intelligibile vnum ⁊ idem inquan/tum est intelligibile ⁊ nulla est ibi differentia nisi inquantum intelligibilia sunt rerum intelligibi/lia que de earuꝫ natura nō sunt intellectus imo fiunt intellectus prout intellectus separat dictas formas a materiis ipsarum ⁊ pp hoc intellectus noster ⁊ intelligibile non sunt vnum ⁊ idem ol mode ⁊ aduerte quod licet in omnibus intelligē tijs citra intellectum possibilem ſm peripatheti cos ista propositio vera sit nullibi tamen simpli citer verificatur sicut in intellectu dei sicut glo/sat. Comen. xij prime philosophie com. li. ⁊ ra/tio est qꝛ in solo primo quiditas ⁊ essentia sunt eadem simpliciter ⁊ omnibus modis qꝛ ipse est solus ens per essentiam ⁊ est quiditas absoluta ⁊ alia entia quiditatem habent vt dicit. Auerr. in disputatione sexta in solutione sexti dubij in libro destructionum.

Nō quodlibet agit in quodlibet, sed determinatum in determinatū.

Famosa est propositio ⁊ solet allega ri ex primo physice auscultationis tex. comen. xliii. ⁊ est vna de suppositionibus con/cessis in scientia naturali ⁊ de numero illarum proposi/tionum que indigent modi/cula inuitione vnde inductione ⁊ exemplo sensato persuaderi potest ⁊ pla/cuit mihi in hoc loco ponere plures ex huiusmodi propositionibus que sunt principia ⁊ suppositiones concesse in scientia naturali.

Et sunt hec vꝫ

suppo nēs q̃/dam in sci anā li.

Motum esse
Multitudinē entiū esse. } p̄ physi. tex. com. viij.

Naturam esse ⁊ nature diffinitio.
Secundo physicorū tex. com. iii. ⁊ tex. com. vi.
Omnia aut quedam moueri quecūq; nā ꝯstant.
Primo physicorum tex. com. xi.
Ex nihilo nihil fieri.
Primo physicorum tex. com. xxxij.
Plures formas naturales esse in materia.
Comen. secundo physi. com. xxi. ex fundamen/tis que ponit naturalis est quod plures forme naturales sunt in materia ⁊ est etiam sententia. Arist. in. vi. prime phylosophie tex. comē. primi vbi habet Physica est circa substātiam que ſm rationem vt ſm magis non separabilem solum ⁊ vt ponderat ibi. Comē. ly ſm magis ponitur pp intellectum eadem ēt sententia habetur pri mo celi tex. com. primi de natura scientia fere plurima est de corporibus ⁊ cetera
Formas non mutari de materia in materiam.
Quarto physicorum. com. xvij. vnum enim eoꝫ que ponit naturalis est quod forma non separa tur per se scilicet non mutatur dē materia in ma teriam ſm quod corpora mutantur de loco in lo cum sed separatio eius a materia est corruptio idem habet. v physicorum. comē. v. manifestum est quod albedo est forma quiescens per se imo bilis ⁊ qui fingit ipsam moueri non est loquen/dum cum eo in hac scientia.
Naturam agere pp finem.
Comentator secundo physicorum. com. lxxiiij. hoc est maximum fundamentum huius sciētie.
Formas specificas habere proprias materias.
Comē. octauo physicorum. com. xlvi. ⁊ secundo. metha. com. xv. contra. Auicen. ⁊ colligitur hoc ex mente. Arist. in. x. prime. phylosophie. tex. co. xxv. vbi habet quod si mas ⁊ femina specie dif ferent non possent ex eodem spermate generari vbi Comentator inquit ⁊ ideo materia maris ⁊ femine est vna vniuersaliter.
Naturam nihil frustra facere.
Primo celi. tex. co. xxxii. ⁊. iii. de aīa. te. co. xlv.
Naturā de possibilibus facere quod melius est.
Secundo celi ⁊ mundi. tex. comē. xxxiiii. ⁊ in li/bris de animalibus sepe.
Naturam non facere saltuꝫ idest de extremo ad extremum sine medio pertransire.
Nono de natura animalium.
Sed reuertamur ad declarationeꝫ proposite ꝑ positionis que ⁊ si demostratione non indiget ta men aliqua innuitione declarari potest ⁊ ni fal/lor opinio empedoclis metrice scribentis hoc voluit dum protulit litem ⁊ amicitiam esse prin cipia rerum nature constantium nam vt inquit Arist. in primo celi ⁊ mundi in. tex. com. xxij. non enim semel aut bis sed infinicies oportet puta/re easdem opiniones peruenisse ad nos ⁊ primo metheororum hoc idem asseuerat omnia natu/ra constantia excepto deo quod erat celum secū dum empedoclem constabant lite ⁊ amicitia vt ascribit. Aristo. sibi in tertio prime phylosophie in tex. co. xv. ⁊ habuit ni faller bonum intellectū nam inductiue consideranti in singulis que sunt hic patebit esse quasdam proprietates curren/tes inter entia docuit enim vt inquit. Plato res natura proprietatibus elementa enim nume ris ligata sunt vt voluit. Plato ⁊ ſm etiā. Arist. mentem sunt in certo ordine ⁊ mensura consti/tuta nam ex vno pugillo terre fiunt decem aque ⁊ sic deinceps de aere respectu ignis ⁊ consistūt in determinato ordine qꝛ ordo est natura sensi/bilium natura enim est causa ordinationis vt di citur in octauo physi. tex. com. xv. ⁊ in tertio ce li ⁊ mundi. tex. com. xxiiij. vnde non in quolibet locata situ elementa saluari possent vt clare pa/tet Currunt etiaꝫ proprietates in mineralibus

⁊ lapidibus

& lapidibus per quas mirabiles effectus perfi/ciuntur nam magnes attrahit ferrum & non at/trahit lapidem similiter reubarbarum sepultum in milio & cassiam in harena & fructus in melle conservari diu cernimus aurum etiam ut inqt. Aver. v. colliget cap. xxiiii. dure patitur ab igne & tamen in ventre sturtionis invenitur notabili/ter diminuit nullus est qui dicat hoc provenire qr caliditas eius sit maior caliditate ignis sed est ppter proprietatem currentem inter ea San/guis irci destruit adamantem non autem alios lapides lapis smeraldus coitu dissolvitur ut di/cit magnus. Albertus in libro de mineralibus & lapidibus experimento fuisse comprobatum in rege vngarie & hoc non contingit aliis lapidi/bus sanguis etiam hirci destruit lapidem in re/nibus genitum & tamen ista proprietas non est in sanguine humano vñ auctoritate Hermetis mineralibus & vegetabilibus insunt proprieta/tes que si ab hominibus essent cognite possent homines operari quidquid per magicas confi/citur artes & solertissimus nature rimator. Arist. in primo de partibus animalium capit. v. dicit nullam rem adeo vilem & parvam esse in natu/ram qua non liceat inspectare aliquid divinum & admiratione dignum descendamus parum per ad animalia nappellus coturnicibus est ci/bus hominibus vero est venenosa medicina he/leborus turdis cibus ē hominibus vero nequa/quam & ita est etiam de qualitatibus manifestis inquit. n. princeps in prima fen primi doctrina tertia capit. primo de 9plexionibus quapp vna medicina plerumqz est frigida humani corpo/ris comparatione & comparatione corporis scor/pionis calida & humani corporis comparatione calida & frigida comparatione corporis serpen/tis immo illud mirabilius contingit quod homi/ni sano aliquid potest esse venenum & tamen la/boranti potest esse salutaris medicina & hoc vo/luit dicere empedocles nam poete ut inquit do/ctissimus. Petrus noster gravina plerumqz ve/ritates physicas poeticis figmētis & methapho/ris tegere consueverunt.

propō. cxxviii

¶ Sapiens cum cognoverit natu/ram iustitie existentem in substantia rerum tunc cupiet similari illi natu/re & aquirere illam formam.

Alexandri & Aver/roissen/tentia est in prefatione pri/mi libri physice ausculta/tionis iustitia ut scribit. Aristo. in. v. ethicorum alia cōmutativa alia vero distri/butiva in hoc autem est dif/ferentia qr cōmutativa consistit in equalitate que est secundum aritbmetricam proportionem ut si do tibi centum teneris restituere precise cē/tum sed distributiva consistit in equalitate que ē

iustitia l dupli/cj ē dif/ferētia

sm geometricā proportionem quemadmodum in civitatibus bene legibus gubernatis qualis est pportio persone ad personam talis dz esse p/portio dignitatis ad dignitatē & magistratus ad magistratū & donec isto modo vivit bene se hz ci/vitas sed quando hoc non servatur tunc sunt ri/xe & contentiones in substantia rerum reperitur ista distributiva iustitia que adeo originem du/xit inquit. Arist. primo celi & mundi. tex. comē. c. A primo quidem principio comunicatum est eē & vivere omnibus hiis quidez clarius hiis vero obscurius &. Aver in secundo celi & mundi. com. lxiiii. inquit quod distantie entium in hoc sunt valde diverse non enim credendum est intelli/gentias in eodem ordine perfectionis esse col/locatas sed est ibi magna latitudo & distantia & hoc etiam divinus Dionisius. Pauli qui ma/gnus in sacris eloquiis fuit fidelis discipulus as/severat in libro de celesti hierarchia sic etiaz cor/pora celestia ad invicem maxima sunt colliga/ta concordia & iustitie vinculo cōnexa intantum quod philosophus in libro de animalibus &. Co/menta. in libro de substantia orbis dicunt quod luna inter orbes est sicut terra inter elemen/ta & quam bene. Severinus. Boetius illam iu/stitiam contemplatur in libro. iiii. de philosophi/ca consolatione metro vi.

Si vis celsi iura tonantis.
Pura solers cernere mente.
Aspice summi culmina celi
Illic iusto federe rerum.
Veterem servant sidera pacem.
Non sol rutilo concitus igne.
Gelidum phebes impedit axem.
Nec que summo vertice mundi.
Flectit rapidos ursa meatus.
Nunquam occiduo lota profundo
Cetera cernens sidera mergi.
Cupit oceano tingere flamas.
Semper vicibus temporis equis
Vesper seras nunciat umbras.
Revehitqz diem lucifer almum
Sic eternos reficit cursus.
Alternus amor sic astrigeris.
Bellum discors exulat oris.
Hec concordia temperat equis.
Elementa modis ut pugnantia.
Vicibus cedant humida siccis.
Jungant fidem frigora flammis.
Pendulus ignis surgat in altum.
Terreqz graves pondere sidant.

Et cetera ubi manifeste patet mundum superio/rem intelligibilem atqz corporeum & hunc in/feriorem in iustitia distributiva consistere sic procedit natura ab elementis gradatim ad mi/neralia & lapides a lapidibus ad plantas a plan/tis ad animalia & ab animalibus tandem ad ho/minem de quo. Aristote. in primo politicos ita scribit ut enim perfectione suscepta optimum cunctorū animalium est homo ita si alicuius sia

o lege et a iudiciis pessimus est omnium animalium. Et ratio est ut mihi datur cernere quia ea que a natura fiunt increpanda non sunt animalia autem ex nature instinctu exeunt in suos actus non est imputandum Lupo si vorax sit: nec Leoni ferocitas: nec Tigribus crudelitas: sed vicia nobis imputanda sunt quia non sponte natura aliquis malus nascitur ut inquit Plato sed propter malas pravasque educationem. Et Aristoteles in secundo ethicorum inquit quod virtutes non sunt nobis a natura neque preter naturam sed sumus nos ad illas quidem recipiendas natura apti perficimurque per consuetudinem. De iustitia autem ita scribit phylosophus quinto ethicorum capitulo quarto. Excellentissima virtutum esse videtur iustitia et neque Hesperus neque Lucifer ita mirabilis ac in proverbio dicimus omnes similiter virtutes iustitie inesse et perfecta maxime virtus quoniam perfecte virtutis est opus perfecta autem quod eam habens ad alium quoque uti potest virtute non solum ad seipsum. Et beatus Augustinus in sermone quodam de iustitia inquit tolle iustitiam a regnis quid sunt regna nisi aperta latrocinia.

¶ Cum igitur Serenissime Princeps sapientia polleas naturam iustitie que rarissima est in terris hac tempestate amplectere et excole sicut incepisti eris enim in numero heroum et sola fenix in hoc regno virtutum omnium cui me plurimum comendo.

¶ Et sic finem imponere constitui huic operi in quo si quid dixerim quod Christiane religioni adversari videtur illud recitando opiniones phylosophorum unusquisque me dixisse certo sciat in hiis et in omnibus aliis scriptis meis semper me submitto iudicio Sancte Romane ecclesie nihil enim adeo mirabile dicitur de divinis rebus quod sapiens credere non debeat ut inquit Pythagoras. Complevi autem hoc opus Neapoli Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo tertio. Dum scientiam divinam publico stipendio legerem apud sanctum Laurentium sub regimine Reverendi Patris Fratris Antonini de Antorosa de Neapoli Cui ego plurimum debeo.

Finis Laus Deo.

Adrianus. vi. Pontifex maximus

Dilecte fili salutem: et Apostolicam benedictionem. Singularis tua: et peruetus erga nos familiamque nostram observantia: egregiaque bonarum artium: et litterarum doctrina: atque in studiis maioribus: presertimque poetice elegans ac preclarum ingenium: iure prope suo a nobis exposcere videntur: ut que tibi usui futura sunt: iusta presertim: et honesta petenti: ea tibi libenter: et gratiose concedamus. Quamobrem cum libros Propositionum Famosarum Marci Antonii Zimare inscripseris multisque vigiliis perfeceris: eosque productis absque impressoribus: ac notariis edere cupias. Cum ut cura diligentiaque tua emendatiores exeant: tum ut siquis fructus ea de causa percipi potest. Is ad te potius: qui conficiendi poematis laborem pertulisti: quam ad alienos deferatur. Volumus et mandamus: ne quis te vivente: eos tuos libros imprimere: aut imprimi facere: aut impressos venundare: vendendosve tradere ullis in locis audeat: sine tuo iussu: et concessione. Qui contra mandatum hoc nostrum fecerit admiserit ue ius universe dei ecclesie toto orbe terrarum expers excommunicatusque esto: necnon librorum omnium amissione ac ducatorum millium auri: quorum quingentorum fabrice divorum apostolorum Petri et Pauli de Urbe: reliqui quingenti tibi et accusatoribus executoribusque pro rata ascribantur: penis plectatur. Mandantes propterea universis et singulis Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis eorumque in spiritualibus Vicariis generalibus: et aliis ad quos spectat: in virtute sancte obedientie ut premissa servari omnino faciant Contrariis non obstantibus quibuscunque. Datum Rome In Castello Sancti Angeli Die. xv. Februarii. M. D. xxiii. Pontificatus Nostri Anno Primo.

¶ Impressum Neapoli per Antonium de Frizis Corinaldensem Expensis domini Petri de Dominico Bibliopole Neapolitani Anno Salutis Millesimo quingentesimo vigesimo tertio Die decimo sexto Mensis Martii.

Registrum

+ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Omnes sunt terni.